GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE.
THESIUM SECULARIUM
AD
PACEM RELIGIONIS
DE ANNO cIↄ Iↄ LV.
PROPOSITIO PRIMA

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.

RESPONDENTE

JULIO ERNESTO Schrödter Danneb.

ad d. Julij.

In Auditorio JCtorum

cIↄ Iↄc LV.

WITTEBERGÆ

Tipis JOHANNIS RÖHNERI Academ. Typogr.

Digitized by Google

Digitized by Google

I

ANnus hic ultra centeſimum trigeſimum, octavus eſt, cum D. Martinus Lutherus Islebienſis, Inſtinctu Sancti Spiritus, & fraudibus Inſtitorijs Tecelij permotus, Theſes contra Pontificios in vigiliâ omnium Sanctorum valvis templi ad Arcem VVittebergæ affixit, ob id poſtea in Comitijs VVormatienſibus Anno 1521. Tanquam hæreticus proſcriptus eſt, dato tamen 21. dierum ſalvo conductû ab Imperatore Carolo V. *Sleidan. de Stat. Relig. lib. 3. f. 66. Edit prim.* formulam proſcriptionis refert *Goldaſt. tom. 2. Conſtit. Imperial. fol. 143.*

II

Huic Edicto VVormatienſi, in quo ſimul doctrina Lutheri, tanquam nova & erronea rejecta fuit. Severè admodum inſtitit Carolus Cæſar, ad obſervantiam ejus graviter hortatus Imperij Proceres, non tantum in Comitijs Noribergenſibus Anno 1523. verùm & in Literis Anno

no 1524. Ex Hiſpaniâ datis: *vid. Sleidan. de S. R. lib. 4. fol. m. 107.* & Reichßabſch de anno 1524. § Als auch vielgedachte unſere Inſtruction.

III

Poſteà anno 1526. remitti aliquid cœpit de rigore illius Edicti, cum Ferdinandus Rex, Cæſaris Legatus, in Comitijs Spiræ habitis, decrevit Statuum conſenſu, ut intereà, usq; ad Nationale vel œcumenicum concilium ita ſe gererent omnes in ſua quisq; provincia, quo facti ſui probabilem rationem Deo, & Cæſari reddere poſſent. Reichſ. Abſch. de d. Anno 26. § dennoch haben wir / ibi, mittlerzeit des Concilij oder aber National verſamlung nicht deſtoweniger mit unſern unterthanen/ einjeglicher in Sachen/ ſo das Edict. durch Kayſ Maj auf den Reichſtage zu Wormbß gehalten/ außgangen/ belangen möchten / für ſich alſo zu leben zu regieren und zu halten wie ein jeder ſolches gegen Gott und Keyſerl. Maj. hoffet und vertrawet zu verantworten; adde *Sleidan. lib 6 fol m. 88.*

IV

Huic Decreto contrarium fermè emanavit Anno 1529. in Comitijs Spirenſibus, cui contradixerunt Principes quidam & Civi-

tates

tates Imperij, interpoſita Proteſtatione & appellatione ad Cæſarem ad Concilium alioſq; Judices non ſuſpectos, unde Proteſtantium nomen, etiamnum hodiè frequentisſimum ijs indi cœpit, *vid. Sleidan. d. lib 6 p. f. m. 100. as 102.*

V

Anno 1530 in Comitijs Auguſtanis exhibita à Proteſtantibus & recitata publicè doctrinæ ſuæ confesſione: reprobata quidem illa & ſola Romana religio approbata fuit: *vid. Sleida. lib. 7. fol. m 109 & 114. 181.* Anno autem 1532. in conventu Norinbergenſi decretum eſt Ne cui ob cauſam religionis uſq; ad tempus Concilij vel aliam componendi disſidij rationem ulla crearetur moleſtia. *Sleid. l. 8. fol. m. 134. 227.*

VI

Confirmatum fuit Decretum illud, Comitiis Spirenſibus anno 1544. Reichſ Abſch. de d. anno 5. Als wir aber in der handlung gefunden Verum Anno 1548. Auguſtæ Vindelicorum, editũ & Proteſtantibus obtrusſi fuit Decretum quod *Interim* appellarunt *vid Sleid l 20 fol. m 369 & ſeqq.* Capita doctrinæ in illo comprehenſæ referuntur inter Receſſus Imperij de Anno 1548. ſub tit. der Röm. Kayſ. Maj. erklerung wie es der Religion hal-

ſen im heiligen Reich bis zu außtrag des gemei-
nen Concilij gehalten werden ſoll: & *Sleid. d. loc.*

VII.

Averſati fuerunt Decreti illius Interimiſti-
ci obſervantiam Proteſtantes, *vid. Sleidan. d. lib. 20 fol. m. 371. & ſeq.* de quo conqueſtus eſt ipſe
Imperator Carolus V. in Receſſu Imperij Au-
guſtæ de Anno 1551. §. und wir in keinen zweifel
geſtellt: ibi: derwegen berührte Declaration
und Reformation nicht durchaus an allen Or-
ten gleichmeſſig und gäntzlich alles ihres In-
halts / noch zur Zeit in wirckliche Ubung ge-
ſtellt: Donec tandem Paſſavij Anno 1552. ab
eo penitus receſſum tranſactumq; fuit, ne in Re-
ligionis negotio poſtmodum cuiquam inferatur
moleſtia *Sleidan. lib. 24. fol. m 461.* Quam trans-
actionem ſubſecuta eſt Anno 1555. ipſa Pax ſive
Pacificatio Religioſa; promulgata Auguſtæ à
Ferdinando Rege Romanorum, Fratris, Caroli
Cæſaris Vices tenente d. 25. Septembr. *vid. Slei-
dan. lib. 26 fol. m. 503. & ſeqq.* & Reichs. Abſch.
de d. Anno 1555. De quo ſæpius ipſe Fer-
dinandus gratulatus ſibi eſt, teſte Gratone à
Crafftheim Archiatro Cæſareo, in Epiſt.
præliminari in Dubravij hiſtoriam Bohemi-
cam

Digitized by Google

eam, inter ſumma, quæ Deus in gubernatione Imperij conceſſiſſet, primum atq; maximum vero animi Judicio ſe hoc ducere, quod ad ſedandas diſcordias publicas animum adjeciſſet, & Tolerantiæ in Religione formulam Deus ſibi in mentem dediſſet.

VIII

Eſt autem hæc Pax religioſa nihil aliud quam ſanctio Pragmatica de certæ religionis libero Exercitio in Imperio Romano promulgata. Petrus Syringus in Tractatu de Pace religioſa apud Arum. de J. Publ. volum. 2. diſcurſ. 10. Loco generis ponit SCtum: Idemq; in tractatu priori ejusdem argumenti, quem ſub inverſo Juſti Springeri nomine perſonatus edidit: per Edictum definivit: quod genus in tractatu poſteriore ideò improbavit, quia ſtatum Monarchicum propriè importet: Qualis ſtatus Imperio Romano moderno non convenit. Interim nec SCti vocabulum ſatis quadrat, cum Senatus Romani, (à quo origo vocabuli,) & Principis ſive Imperatoris Romani unâ cum Electoribus & Statibus Imperij alia longe ſit ratio. Præſtat itaq; per Edictum ſive ſanctionem definire, modus autem utriusq; puram Monarchiam quod metuit Syringus, minimè involvet. Nam.

IX. Emi-

Digitized by Google

IX.

Emiſit hoc edictum, vel ſanctionem hanc Imperator Carolus V. vel potius plenipotentiarius illius Ferdinandus I. Rex Romanorum; unanimi Electorum, Principum Statuumque ſuffragio Reichſ. Abſch. de anno 1555. §. Zu ſolcher vorgezogener berathſchlagung ibi. haben wir uns mit der Churfürſten Räthen und geordneten erſcheinenden Fürſten und Ständen/ der abweſenden Bottſchafften und geſandten/ und ſie hinwieder ſich mit uns vereiniget/ und verglichen; unde.

X.

Aſſerere placet, ſtatum Imperii non eſſe Monarchicum, nec Ariſtocraticum purum, ſed mixtum ex Monarchia & Ariſtocratiâ ita ut illa prævaleat. Noviſſimè Dn. Carpz. de L. R. German c. 13. Sect. 9. non hæc, ut Limnæus voluit, lib. 1. de J. P. c. 10. n. 42. & ſeqq. *Bodini* veteres ineptias puram Ariſtocratiam Imperio noſtro imputantis, in ipſo diſcurſu facile diluemus.

APPO-

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA
Sive
Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum
EX SLEIDANO
De
STATU RELIGIONIS.

CUm Anno 1517. Leo X. Pontif. Romanus ex Familiâ Mediceâ Florentinus indulgentias venales, per Johannem Tecelium Dominicanum & alios quæſtores emitteret. Martinus Lutherus, Auguſtinianus, ad ArchiEpiſcopum Moguntinum, Albertum qui & Magdeburgenſis Eccleſiæ Antiſtes erat in hunc ſenſum ſcribit.

Et quid Quæſtores illi doceant, exponit.

Et Populo ſic eſſe perſuaſum queritur, quaſi pecuniâ comparatis illis diplomatis, de ſalute nihil amplius dubitare debeant, quaſi nullum poſſit admitti tantum ſcelus, quod ejus rei beneficio non ſit condonatum: quaſi eorum animæ, qui crucientur purgatorio, ſimul ac nummus in arculam ſit injectus, in Cœlum è veſtigio ſubvolent, ſolutæ pœnis: oſtendit mandatum eſſe Chriſti, ut doceatur Evangelium, & Epiſcoporum eſſe proprium munus, ut rectè populum erudiant. Commone facit igitur officij, & orat, ut pro ſua authoritate libellos editos aboleri jubeat, & declamatoribus illis meliorem docendi ratio-

nem præcipiat, ne gravius aliquod ex eo disſidium oriatur, quod omninò futurum ſit, niſi coerceantur.

Anno 1518. Menſe Jun. Ad Leonem Pontif. ſcribit, Eiq;

Exponit, quàm temerariè Quæſtores illi doceant, & quam agant avarè, freti ipſius vel abuſi potius authoritate: non ſe dubitare quin ſit graviter delatus, verùm injuriam ſibi fieri: concionibus enim Quæſtorum & libris nimium ineptis coactum, dediſſe quædam, diſputandi ſolum gratia, quæ nunc apertius declaret: orare, ne criminationibus illis fidem habeat: Fridericum Saxoniæ Principem Electorem, ea eſſe prudentia & integritate, & erga religionem obſervantia, ut, ſi vera eſſent quæ delata ſunt ab adverſarijs, non ſit paſſurus provinciam ſuam ad eum modum contaminari: ſed & Academiæ Wittenbergicæ conſimilem eſſe voluntatem: breviter, omnia ſua ſcripta vitam quoq; & ſalutem ipſius arbitrio atq; poteſtati ſeſe permittere: quicquid ab ipſo profectum fuerit, eo loco futurum apud ſe, neque capitis recuſare pœnam, ſi quidem ita videatur ipſi.

Poſt Johannem Eccium, Sylveſter Prierias, Dominicanus, adverſus Lutherum ſcribit.

Quanquam ſit ætate gravis, jamq; longo tempore in ejuſmodi Palæſtram non deſcenderit, pro Pontificatu Rom. nihil non eſſe facturum demonſtrat, & ipſum, ut ad ſanitatem redeat; hortatur, & prius quàm diſputationem ingreditur, themata quædam adfert, veluti ſententiæ ſuæ fundamentum, quibus & Pontificem Romanum, totius Eccleſiæ caput, & Eccleſiam Romanam omnium eſſe primam, ac præcipuam, in iiſque rebus affirmat errare non poſſe, quæ ad fidem atq; religio

gio

Digitized by Google

gionem pertinent, ſed ne concilium quidem, cui Pontifex Rom. interſit: ſacram quoq; ſcripturam accipere vim omnem & authoritatem ab Eccleſia & à Pontifice Romano, tanquam à regula fidei longè certiſſima: qui contra ſentiat, aut Eccleſiæ Rom. doctrinam non ſequatur, aut ejus elevet poteſtatem hunc eſſe dubio procul hæreticum.

Lutherus contra.

Non quibuslibet hominum doctrinis habendam eſſe fidem, ſed omnia prudenter expendi oportere, & quod verbo Dei conſentaneum ſit, amplectendum: ac præter eam doctrinam, quæ ſit à Prophetis & Apoſtolis relicta, non eſſe recipiendam aliam, quamlibet etiam ſit ſpecioſa: qui proximè ad illam acceſſerint ſcriptores, admittendos, de cæteris verò faciundum eſſe judicium, ad indulgentias quod attinet, non licere Quæſtoribus aliquid in eo fingere novi, ſed juris pontificij præſcriptum in eo ſequendum eſſe. Jure Conſultis admodum eſſe familiare, ut dicant, non licere quicquam pronunciare, niſi ex præſcripto legis: in rebus autem ſacris multò minus debere tolerari, ſi quid abſq; teſtimonio ſcripturæ dicatur: præceptum eſſe Pauli, ut qui Populo erudiendi præſunt, inſtructi ſint, non ſyllogismis aut varijs hominum decretis, verum ſana doctrina, divinitus inſpirata, nobiſq; relicta: Quia verò Præceptum hoc pleriq; ſint aſpernati, denſas admodum tenebras incidiſſe, & inutilium quæſtionum vim maximam inundaſſe. Nihil ſe moveri comminationibus ipſius atq; verbis ad oſtentationem compoſitis: etiamſi capitis pœna ſibi ſubeunda ſit, vivere tamen & immortalem eſſe Chriſtum, cui ſit omnis tribuenda gloria: ſi poſthac in aciem prodire velit alijs utendum eſſe telis, alioqui fore, ut cum Thoma non admodum excipiatur commodè.

Digitized by Google

Sylveſter ad ea reſcribit.

Valdè ſibi placere, quod Romani Pontificis arbitrio ſe permittat: cupere etiam ut ex animo & verè dixerit. Ambitionem & aſſentationem ei Lutherus objecerat: ea removet à ſe quantum poteſt: Thomam verò ſtrenuè defendit, ejusq́ doctrinam omnem, ab Eccleſ. Rom. ſic eſſe receptam dicit & approbatam, ut etiam quibuscunq; ſcriptis anteferatur: ipſum autem, qui de tanto viro parum ſit locutus reverenter, objurgat, & honorificum ſibi ducit, vocari Thomiſtam: ſed tamen aliorum quoq́ ſcripta ſibi eſſe cognita, quod aliquando ſit declaraturus. Huic præfationi libellum ſubjungit, Epitomen: in eo Romani Pontificis poteſtatem mirificè commendat, ita quidem, ut concilijs & omnibus planè decretis eum præferat, & ab ejus authoritate vim ſcripturæ dependere omnem affirmet.

Huic ſcripto Sylveſtri Lutherus reſpondet in Epiſtolâ ad Lectorem.

Hunc ejus libellum ita conſtatum eſſe totum dicit ex mendacijs & horrendis nominis divini contumelijs, ut Sathanam ejus appareat authorem fuiſſe: quod ſi Pontifex & Cardinales idem ſentiant, ſi Romæ quoq; ſic doceatur, jam non eſſe dubium, quin Roma ſit ipſiſſima ſedes Antichriſti: fœlicem eſſe Græciam, fœlicem Bohemiam & omneis, qui divortium ab ea fecerint: miſeros autem eſſe, qui cum ea commune quid habeant: niſi Pontifex illum coerceat, niſi cogat ut ſcripta revocet, diſſentire ſe ab eo profitetur, ac non modo non agnoſcere Eccleſiam Romanam, ſed habiturum eſſe deinceps illam, ut ſentinam aliquam impuriſſimam, & locum impietati conſecratum: excogitari quotidiè nova & inaudita Pontificis Romani præ-

præconia, callidè nimirum & inſidioſè ut ne concilio legitimo poſſit eſſe locus, quandoquidem & ipſum adulatores anteferant concilio. & ab eo, tanquam à certiſſimo judice, ſcripturæ totius intelligentiam eſſe petendam confirment: quod ſi pergant ita furere, ſuisq; præſtigijs orbem terrarum ludificare, nihil aliud ſupereſſe remedij, quam ut magiſtratus in ipſos animadvertat: fures, latrones & id genus alios maleficos pœna capitis plecti, ſed multò eſſe æquius, ut hi longè nocentiſſimi Reip. hoſtes, communi hominum ſtudio comprimantur Pontificem non minus teneri præceptis divinis, quàm quemvis etiam infimi gradus hominem: qui ſecus doceant, maximam eos injuriam facere majeſtati divinæ.

Maximilianus Imperator de controverſiâ Lutheri certior factus Auguſto menſe dat literas ad Leonem Pontif.

Audire ſeſe, quemadmodum Lutherus multa diſputarit & pro concione dixerit, in quibus pleraq; videantur eſſe hæretica: hoc eò magis dolere ſibi, quò pertinacius ille ſuam doctrinam defendat, & quo plures habere dicatur ſuorum errorum approbatores, & in his quidem nonnullos magni nominis: hortatur, ut ipſe, pro ſua, quam habeat, poteſtate ſumma, quæſtiones omnes ocioſas & inutiles reſcindat, omnemque Sophiſticen & contentiones verborum inhibeat, qui enim his rebus operam dent, nocere plurimum reipublicæ Chriſtianæ, quandoquidem hoc ſolum ſpectent, ut quod ipſi didicerunt, hoc laudetur ab omnibus & recipiatur: diligenter quidem eſſe cautum ætate ſuperiori, ut idonei conſtituantur doctores, ac omnis fugiat, Sophiſtica: præceptum autem hoc fuiſſe paulatim contemtum, ita quidem ut mirum videri non debeat, ſi quos aliorum oportuit eſſe Doctores, ij ſæpius aberra-

Digitized by Google

rarint: hos nimirum eſſe in cauſa, quod priſci illi ſcriptores, ſacrarum literarum interpretes, multò jam tempore & neglecti jacuerint, & facti ſint mendoſiores: his etiam imputandum eſſe, quòd multæ noſtris temporibus exortæ ſint in re literaria turbæ, & quod hæc ipſa nunc ſit nata de indulgentijs plena periculi diſceptatio, magnitudinem rei ſanè poſtulare, ut naſcenti malo medicinam faciat, priusquam longius evagetur atq; ſerpat: nam eſſe moræ conjunctum periculum: quicquid ipſe decreverit, hoc ſe laudaturum, & ut per imperij provincias omneis locum habeat, curaturum eſſe.

Leo Pontifex, poſteaquam Lutherum citaverat, & denunciatâ pœnâ Romam venire juſſerat ad ſuum in Germaniâ Legatum Cajetanum dat literas. Auguſto menſe.

Quia non in Academijs tantùm, ſed ad Populum etiam, ac editis per germaniam libris Lutherum audiat tueri quaſdam opiniones impias & à ſententia Eccleſiæ Romanæ alienas, quæ fidei ſit & religionis magiſtra, ſe qui Paterno quodam affectu cuperet illius reprimere temeritatem, Hieronymo Epiſcopo Aſculano, ad quem iſtud propriè pertineat, mandaſſe, Romam illum evocaret, & ut accuſationibus reſponderet: Aſculanum feciſſe quidem imperata, ſed illum non modo ad ſanitatem non rediſſe, verum etiam in hæreſi pertinacem, multò edidiſſe, deteriora ſcripta, magno certè ſuo cum animi dolore ac perturbatione: det igitur operam, ut Auguſtam perducatur, in eoq; Germaniæ Principum & Cæſaris opem imploret, & cum adductus erit, cuſtodias ei ponat, quo Romæ deinde ſiſtatur, quodſi ſponte reſipiſcat & delicti culpam deprecetur, ignoſci jubet & Eccleſiæ reſtitui, quæ pœnitentes nunquàm excludere ſoleat: ſin minus, tùm ei ſacris interdicat: mandat etiam ut huic

huic edicto pareant omnes, qui ſecus fecerint, Eccleſiaſticis quidem adimit omnia quæ poſſideat bona, ſimul ſpem omnem & facultatem ulla conſequendi deinceps tollit: alios verò, civilem functionem obtinentes, & eſſe infames, & ab honoribus removeri, & ſacra ſepultura carere, & privari omnibus, quæ vel ab ſe vel ab alijs etiam acceperint, beneficijs aut præfecturis jubet, qui verò fidelem operam in eò præſtiterint, ijs vel communem illam & plenam delictorum remiſſionem vel etiam munus aliquod largiri præcipit, & huic edicto ſubjicit omneis, unum modò Cæſarem eximit, nec ullius vel privilegium vult aliquid contra valere.

Idem Pontifex eodem menſe ad Fridericum Saxoniæ Principem, qui tum erat Auguſtæ ſcribit.

Inter alia Saxonicæ domus ornamenta, proprium hoc illi ſemper fuiſſe, quod religionis eſſet obſervantiſſima: non eſſe igitur veriſimile, quenquam ejus familiæ ſic à ſuis degeneraſſe majoribus, ut illum, qui de religione Chriſtiana minus benè ſentiat, protegere velit & patrocinio ſuo juvare: veruntamen, magno cum animi dolore complures audire ſe quotidie & graves de Luthero querimonias, homine perdito, qui ſui ordinis & profeſſionis oblitus, multa protervè, quæ ſint adverſus Eccleſiam Dei, faciat, magna quadam confidentia, dum jactat Principis favore & tutela munitum ſe, nullius authoritatem vereri: non ſe quidem dubitare, falsò iſtud ab eo ſpargi, ſed tamen hæc pauca voluiſſe ad ipſum perſcribere & admonere, ut ſui ſuorumq́ majorum dignitatis & ſplendoris perpetuò memor, non modò culpam, ſed culpæ quoq́ ſuſpicionem omnem fugiat: ſibi certò conſtare, multa illum docere prorſus impia & & hæretica: ſe ſuiq́ Palatij magiſtrum, diligenter ejus opiniones omneis habere notatas: hanc nimirum eſſe cauſam, cur &

illum

illum citarit & Legato ſuo Cardanali Cajetano, quid in eo præterea fieri velit, injunxerit: & quia religionis hoc ſit negotium, & ad eccleſiam Romnam hoc munus, de cujusq; fide cognoſcendi, propriè pertineat, hortari ſe atq; mandare, ut interpellatus à ſuo Legato, det operam & efficiat, ut in ſuam ille poteſtatem veniat, quod & Deo gratiſſimum obſequium, & ipſi totiq; familiæ privatim futurum ſit valdè honorificum: quod ſi Romæ habita quæſtione nihil in eo culpæ fuerit deprehenſum, fore, ut ſalvus & incolumis domum revertatur: ſin autem crimen aliquod in eo reſederit, tunc ipſum, qui nocentem hominem diutius ferre noluerit, extra culpam eſſe futurum: ea quoq; ſe præditum eſſe clementia, ut nec ſit oppreſſurus immerentem, nec reſipiſcentem à ſua gratia repudiaturus.

In ſimilem ſenſum Leo Pontif. ad Gabrielem Venetum, ordinis Auguſtiniani promagiſtrum ſcribit, & hortatur eum.

Ut Lutherum, qui ſit ejus ſodalitatis Sacerdos, ac in Germania res novas moliatur, ac nova dogmata tradat, ab incepto revocet, ea authoritate, quam ipſi det præfectura, & diligenter ſollicitet, tum litteris, tùm per doctos internuncios: celeriter autem id eſſe faciendum, ſic enim fore non difficile, modo natam flammam extinguere: nam ea quæ jam primùm oriuntur atq; ſurgunt, non ſuſtinere paulò majores impetus: verum ſi differatur, donec malum ſumſerit vires, verendum eſſe, ne poſſint incendio poſt adhiberi remedia: nam labem iſtam in dies augeſcere, neque videri quicquam ita metuendum, atque moram: incumbat igitur huc omni ſtudio, labore, cogitatione, diligentia, quandoquidem imperium in in ipſum habeat

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD

PACEM RELIGIONIS
DE ANNO clɔ Iɔ LV.

PROPOSITIO SECUNDA
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.P.

RESPONDENTE
ARNOLDO CHRISTOPHORO NEFE Hal. Sax.

Ad d. Julij in Auditorio JCtorum.

I

VTi lata ſemel & promulgata Conſtitutio Pacis Religioſæ: Ita â ſubſequentibus Imperatoribus; confirmata fuit, à Ferdinando, in Comitijs Ratisbonæ 1557. §. und als der Churfürſten & ſeqq. Iterum ab eodem Auguſtæ 1559. §. dieweil aber daſſelbige à Maximiliano II. Auguſtæ 1566. §. und nach dem dann. à Rudolpho II. Auguſtæ 1582. §. welche von wegen aller Churfürſten. & Ratisbonæ Anno 1594. §. was dann wir / à Matthiâ Ratisbonæ 1613. §. So ſeind wir auch. ad cujus obſervantiam in Capitulationibus quoque ſe ob-

ſtrinxerunt Imperatores ijdem. Ferdinandus I. anno 1558. § wir ſollen und wollen auch ſonderlich. Maximilianus II. anno 1562. § wir wollen auch in dieſer unſerer zuſage. Rudolphus II. anno 1575. § wir ſollen und wollen auch ſonderlich Matthias anno 1612. § wir ſollen und wollen auch ſonderlich/ Ferdinandus II. anno 1619. d. § wir ſollen & Ferdinandus III. anno 1636. d. § quas relatas vide ap. Dn. Carpzov. de L. R. G in append.

II

Non potuiſſe Carolum V. Ferdinandum I. & Status Imperij, ſine Pontificis conſenſu de Religionis negotio paciſci, audacter aſſerunt Pontificij; eoque nomine Paulus III. Pontifex Carolo V. quod falcem in alienam meſſem miſerit, exprobavit. VVarem. ad Erenb. de ſubſid. Reng pag. 17. Rem eſſe, præterea dicunt inter alios actam, Pontificem quod tangit, ab ipſo quoq; approbari debuiſſe, tanquam ſupereminente poteſtate ſuper omnes Reges & Principes *c. ſollicitæ X. de majorit & obed.* nec licitum fuiſſe Laicis de rebus ad cultum divinum pertinentibus quicquam decernere. Verum diu eſt quod credi deſijt. Pontifici Jus ullum competere in

Impe-

Digitized by Google

Imperium Romanum, ſive feudi, ſive alio Jure id prætendat. Et negotium illud Pacificationis Religioſæ: ſolum Imperium Romanum concernit. In quo, cum Jurisdictio Eccleſiaſtica, à Pontificibus ſibi arrogata olim ſuſpenſa ſit: Nihil quod hic ſe implicet Pontifex, habebit. Cœterum quod Imperium Romanum nec à Pontifice, nec feudum Pontificis ſit, alibi tractatur & fuſius id reſolvit Reinking de R. S. & E. lib. 1. claſ. 2. c. 4. & ſeq. & alij.

III.

Potuiſſe autem Jurisdictionem Pontificis à Cæſare, & Statibus Imperij ſuſpendi. Licet multi in præjudicium Papæ id fieri potuiſſe negent, affirmare non dubitamus, & contrarijs in diſcurſu pro virili faciemus ſatis. Cœterum Deliberato prorſus Cæſaris Ordinumq; conſilio: ob tranquillitatem inter addictos utrique Religioni ſervandam. Suſpenſio illa placita ſancitaq; fuit, in d. receſſ de anno 1555. §. Damit auch obberürte; ibi ſo ſoll die Geiſtl. Jurisdiction wieder der Auſpurgiſchen Confesſion Religion Glauben/beſtellung der Miniſterien, Kirchen gebreuchen/ Ordnungen/ und Ceremonien, ſo ſie auf-

gerichtet oder aufrichten möchten / bis zu endlicher vergleichung der Religion / nicht exerciret, gebraucht oder geübet werden / & poſt paulo, ſol bis zu endlicher Chriſtlicher Vergleichung der Religion, die Geiſtliche Jurisdiction ruhen / eingeſtellt / und Suſpendiret ſein und bleiben:

IV

Exercent hodieque hanc Jurisdictionem Eccleſiaſticam Princeps & Status Imperii, vigore ſuperioritatis territorialis; per Conſiſtoria Eccleſiaſtica ex Theologis & Jurecconſultis conſtituta. Laurent. Ohm. de Jur. Epiſcop. theſ. 18. De cauſis ad Conſiſtoria Saxonica pertinentibus diſtinctè ſancivit Elector Auguſtus in Ordin. Eccleſiaſt. de anno 1580. tit. von beyden Conſiſtorien zu Leipzig und zu Wittenberg. c. 7. was Sachen in das Conſiſtorium gehörig.

V

Firmata ſatis eſt pax illa religioſa, Regijs & Sanctis aſſeverationibus: à parte Imperatoris Caroli. V. & Ferdinandi Regis in d. Receſſu de

Anno

Digitized by Google

Anno 1555. §. Solches und iedes ſo ob geſchrieben; ibi ſollen und wollen Ihre Liebd und Keyſerliche Mayſt. und wir bey Ihrer Keyſerlichen und unſern Königlichen Würden und Worten &c. ut & à parte Electorum Principum & Statuum in §. und wir die verordnete; ibi, bey Fürſtlichen Ehren und würden in rechten gutten trewen und im Wort der Warheit &c. ſtett feſt und unverbrühlich zu halten. Quæ verba an Juramento æquipolleant, diſquiſituris reſpondebimus; Hic enim vagari extra oleas non libet.

VI

Stringit illa aſſeveratio Cæſarem, ut ne quidem ex plenitudine poteſtatis, nec alio modo vel prætextu, quicquam Sanctioni Religioſæ contrarium decernere poſſit, d. §. ſolches und jedes; ibi und darüber jetzt oder künfftiglich weder aus Volkommenheit oder unter einigem andern Schein/ wie die Nahmen haben möchte; nicht vornehmen / handeln oder ausgehen laſſen / noch jemand anders von ihrer Lieb und Keyſerl. Mayſt. und unſert wegen zu thun ge-

ſtatten. Cumq; non ſolus Imperator Pacem hanc condiderit, utique, ſolus eandem non abrogare poterit Cran. de Pac, Relig. p. 2. problem. 5.

VII

Sic & pro cuſtodiendâ ſanctius Pace Religiosâ, omnibus antecedentibus conſtitutionibus, in quibus quicquam eidem adverſarium continetur, derogatum eſt; per expreſſum textum in d. receſſ. §. und ſoll alles das in hievorigen Reichs Abſchieden Ordnungen/ oder ſonſt begriffen und verſehen/ ſo dieſem Friedſtand in allem ſeinem begrieff/ articuln und Puncten zu wieder ſein oder verſtanden werden möchte / demſelbigen nichts benehmen derogiren / noch abbrechen &c. Qua clauſula quidem opus adeo non fuiſſet, cùm alias Lex poſterior deroget priori *l. 28. ff. de L.L.* Interim de ingenuo Illuſtriſſimorum Conſtituentium voluntate exinde conſtare poteſt.

VIII

Prodit eandem enixam voluntatem; quod nec Interpretationi vel declarationi ulli, *quæ* contra-

contraria ſit Pacificationi Religioſæ locum dare, aut ſit interveniat, irritam prorſus & nullius momenti eſſe, voluerunt, gravi inſuper inviolatores Pacis pœna conſtitutâ, de prohibitâ contrariâ declaratione graviſſima ſunt verba, in d.§ und ſol alles/ ibi, auch dagegen keine declaration / oder etwas anders/ ſo denſelbigen verhindern oder verändern möchte/ nicht gegeben/ erlangt/ noch angenommen/ oder ob es ſchon gegeben/erlangt oder angenommen würde/ dennoch von unwürden und unkräfften ſein/ und darauff weder in noch auſſerhalb rechtens nichts gehandelt/ oder geſprochen werden. Pœna verò violatorum pacis Religioſæ, eadem eſt, cum ijs qui pacem publicam profanam turbant d. rec. de anno 1555. § und damit ſolcher Fride ibi bey Poen des Land-Friedens & ſeqq. §. dagegen ſollen die Stände.

IX

Obligatur itaq; ad obſervantiam Conſtitutionis hujus Religioſæ non Imperator ſolum, ſupra th. 6. ſed & Electores & Status ex conventione

& trans-

Digitized by Google

& tranſactione ſua. d. Rec. §. Setzen demnach ibi haben Wir Uns mit der Churfürſten Räthen und geordneten erſcheinenden Fürſten und Ständen/ der abweſenden Botſchafften und geſandten/ und ſie hinwieder ſich mit Uns vereiniget und verglichen.

X

Nec Imperator tantum qui tunc ita convenit & tranſegit, cum Statibus. Sed ejus quoque in Imperio ſucceſſores, ad ſervandam religioſam hanc pacem tenentur, tum ex pacto Anteceſſorum d. receſſ. §. ſolches und jedes ibi für uns und unſere Nachkommen; tum ex propriâ conventione & promiſſione in Capitulatione fieri ſolita de quo ſupra th. 1. Cran. de P. R. p. 2. probl. 5. connex. 1. An, autem pactum Anteceſſoris ſemper ſervare teneatur ſucceſſor, in diſcurſu videbimus, confer. interim. Dan. Otto de I. P. c. 8. Dn. Carpz. de L. R. Germ. c. 3. in pr. n. 12. & ſeqq.

APPO-

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA

Sive

RecenſioEpiſtolarum&Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS.

Anno 1518. d.25. Septembr. Academia Wittebergenſis ad Leonem ſcribit præmiſſo egregio & ampló vitæ ac eruditionis teſtimonio de Luthero.

Illum quidem ob themata quædam eſſe Romam evocatum, ſed propter imbecillam valetudinem & viæ periculum ei non eſſe integrum: rogant, ut de ipſo non ſecus atq; de viro bono ſentiat: diſputandi ſolum, non definiendi cauſa quædam ab eo fuiſſe propoſita, quæ in deteriorem partem interpretati ſint, & admodum exacerbarint adverſarij: ſe quidem nihil adverſus Eccleſiam admiſſuros, & rogatos à Luthero non potuiſſe non teſtimonium hoc ei dare, cui ut fidem habeat, vehementer orant: Integra Epiſtola habetur in Matriculâ Academiæ, quam exhibebimus in Catalogo Rectorum aliarumq; rerum memorabilium Academiæ Wittebergenſis. *lib.1.fol.5.*

Eadem Academia ad Carolum Miltitium, Germanum, Leonis cubicularium ſcribit eodem anno & exponit.

fol. 5. fac. 2. *Quomodo Lutherus nullo ſuo merito ſit apud Pontificem in magnum adductus odium, ita quidem, ut Romam citatus, impetrare adhuc non potuerit, quò de cauſa per Germaniam alicubi cognoſceretur: ſe quidem ita eſſe non erga religionem modò, ſed erga ſanctam quoq; Romanam Eccleſiam affectos, ut, ſi quod in Luthero crimen hæreret, aut impius error, non ſint eum toleraturi: ſed illum ea eſſe tum eruditione, tum vitæ integritate, ſic etiam eſſe de ipſis, deq; Academia tota meritum, ut in hoc rerum ſtatu deeſſe ipſi non poſſint. Fridericum quoq; Principem, pro ſua, tùm fide, tùm prudentia, niſi bonum virum eſſe judicaret, non fuiſſe illi diuturnam aliquam conceſſurum impunitatem: apud Pontificem ergo pro ſua gratia & familiaritate perficiat, ut ei non Romæ, ſed in Germania decernantur judices non ſuſpecti: nihil ſe dubitare, quin ille ſit facturus homine Chriſtiano & Theologo dignum officium, & declaraturus, quam nulla ſit ab ipſo quæſita temere, vel præter cauſam litigandi occaſio: id autem eo ſe vehementius petere, quò majorem ſpem habeant, ipſum, qui ſit Germanus, commendatione quadam naturæ & communis patriæ, non eſſe defuturum in cauſa honeſta, calumniis propemodum oppreſſo & de ſalute periclitanti Germano.*

Cùm Fridericus ſaxo Cajetanum interpellaſſet Auguſtæ, ut Lutherum ibidem audiret, ne Romam proficiſci cogeretur, & Cajetanus de Pontificis autoritate & aliis quædam locutus eſſet. Lutherus reſpondit.

fol. 6. fac. 1. *Eccleſiam ſanctam Romanam à ſe reverenter coli profitetur*

ſitetur & obſervari: ſi quid etiam alienum ab ea dixerit, nolle ratum habere, ſed quia ſit admonitus & juſſus, ut errorem deponat & deinceps abſtineat, ait exiſtimare, nihil ſe pronunciaſſe, quod vel à Sacra Scriptura, vel à Patrum ſententiis, vel à Pontificum Decretis, vel à recta quoque ratione diſcrepet: non ſe quidem negare, quin labi poſſit atq; falli: hoc enim eſſe humanum: ideoq; ſeſe deferre cognitionem legitima & ſancta Eccleſia, totamq; cauſam ejus judicio permittere: nec id modo, verum etiam quovis in loco ſua doctrina rationem eſſe redditurum: hoc ſi non placeat, ſcripto reſponſurum ipſius argumentis, qua fortè adducat, neq; recuſare, quo minus Academia Germanica, ſed & Pariſienſis, judicium ſuum interponant.

Cajetano Decretum Clementis Sexti; de Indulgentiis urgente, Lutherus, uti à Cajetano juſſus erat, ſcriptum offert.

Quo tempore themata ſua promulgarit, & eorum poſt Explicationem ſcripſerit, lectum antea ſibi fuiſſe Decretum Clementis, verùm animo ſuo non ſatis fuiſſe factum, nam etſi cautum ſit, Pontificis Romani decreta non minus quam Petri Apoſtoli vocem eſſe recipienda, tamen hoc ita debere accipi, modo cum ſacris litteris conveniant, nec à Majorum Decretis aberrent; Petri quidem vocem eſſe ſacroſanctam, ſed tamen illum graviter à Paulo reprehenſum, neq; doctrinam ejus receptam fuiſſe prius, quàm Eccleſia, quæ tùm erat Hieroſolymæ, conſenſus interveniret: audiendas omnium eſſe voces, verùm ad Chriſti vocem, qui ſolus falli non poſſit, oportere cuncta referri: Decretum illud pugnare cum f. 6.

plurimis Sacræ Scripturæ locis, & hanc fuiſſe cauſam, cur tunc temporis illud thema in medium adduceret, & poſtea commentariis etiam veſtire non dubitaverit: ab eo quidem tempore propoſitum ſibi fuiſſe, non movere ullam graviorem ſuper eo diſputationem, & aliorum potius audire ſententiam: nunc verò & ſi malit ab aliis erudiri, præſertim à Pontifice Romano, tamen quoniam urgeatur neceſsitate quadam defendendi ſua, facturum ſe periculum, & daturum operam, ſi qua ratione Decretum illud cum ſuis thematis conciliare poſsit. Hac uſus ad illum præfatione, rem ipſam aggreditur, & facta quadam explicatione, Decretum illud, pro ſe facere demonſtrat, verùm ita, ne vel Pontificis, vel etiam ipſius hoc ipſo velit imminutam eſſe dignitatem. Poſt ad alterum accuſationis caput accedit, & multis adductis ad ſuum inſtitutum Scripturæ locis, fidem eſſe, quæ coram Deo nos faciat juſtos, copioſè demonſtrat, itaq; rogat, ut benignè ſecum agat & errorem doceat; nam earum, quæ protuliſſet è ſacris literis, tantam eſſe vim, ut ſua credat niti veritate, quàm deſerere non poſſit, eo quod magis obediendum ſit Deo, quàm hominibus: illam ergò revocandi conditionem præduram, ſibi remitti petit, & Pontificem reconciliari: non arrogantia, non ullius gloriæ cupiditate ſe in hanc Palæſtram veniſſe, nihil etiam optatius evenire ſibi poſſe, quàm ſi veritas pateſiat, & ſi quid afferatur ab aliquo magis eruditum atq; pium: orare ſe, ne ſuam ipſe conſcientiam vulnerare cogatur.

Digitized by Google

Cajetanus Lutherum objurgavit & à ſuo colloquio eum abſtinere juſſit, interim cum Johanne Stupicio, familiæ Auguſtinianæ Vicario egit, ut illum ad revocationem ſpontaneam impelleret. Quâ de causâ Lutherus literas ad Cajetanum dedit, inq; iis commemorat. Anno 1518.

Quid ſecum egerit Stupitius: nihil videlicet eſſe præter miſſum ab eo, quod hominem fidelem & amicum præſtare deceat, agit gratias pro ipſius erga ſe benevolentia, quam è Stupitij ſermone cognorit, quo quidem valde ſit recreatus, & ita quidem, ut nemini malit quàm ipſi gratificari: fatetur nimis acrem ſe fuiſſe, & parum obſervantem dignitatis Pontificiæ, verum Importunitati Quæſtorum hoc omne tribuendum eſſe: petit ſibi condonari factum, & Majorem deinceps modeſtiam pollicetur, & pro concione quoq; ſe Pontifici poſt hac ſatisfacturum confirmat: ad indulgentias quantum pertinet, nullam ſe poſt hac mentionem eſſe facturum, ſi modo ſuis adverſarijs eadem lex feratur, ut a. à ſe promulgatam & adhuc defenſam ſententiam revocet, non ſe poſſe cum bona conſcientia præſtare, quamdiu ſacræ ſcripturæ tēſtimonijs non demonſtretur error: petit ergò cauſæ cognitionem ad Pontificem deferri nihil enim ſibi forè jucundius, quàm ſuper ejusmodi controverſiijs audire vocem Eccleſiæ. fol. 7. fac. 1.

Cajetano ad literas has nihil reſpondente, ſed voces quasdam minaces in Lutherum emittente. Lutherus denuò ad eum ſcribit

Digitized by Google

d.fol.7. Nihil à ſe prætermiſſum officij: peditem, & tenui valetudine, longiſſimo confecto itinere, Auguſtam veniſſe, quo ſuam erga Pontificem declararet obſervantiam: nunc autem, quando & parum ſit reliquum viatici, & hoſpiti ſuo, Carmelitarum domui nolit diutius eſſe gravis, rediturum ſe eſſe domum, præſertim, cum & ipſe conſpectum ſuum non ferat, & colloquio interdixerit: ex amicis pleroſq; omnes conſuluiſſe, ut ab ipſo provocet ad Pontificem: ſe quidem hoc ſua ſponte non fuiſſe facturum, quod non admodum putet eſſe neceſſarium, ſed tamen illorum admonitiones non ſibi fuiſſe integrum repudiare, vel ideò cum primis, quod exiſtimet Fridericum quoq; Principem malle provocationem hanc interponi, quàm temerè quicquam & inconſulto revocari.

Simul appellationem interponit Lutherus.

d.fol.7. Quæſtionem illam de indulgentijs variè tractatam à multis, nunquam fuiſſe certò definitam: in ejusmodi verò quæſtionibus dubijs liberum eſſe, præſertim Theologis, diſputare: hoc etiam ſe feciſſe tunc, cum Declamatores quidam non temerariè ſolum & incircumſpectè ſcriberent atq; docerent, verum etiam miris artibus populum expilarent: & feciſſe quidem non affirmandi, ſed veritatis cognoſcendæ cauſa: diſceptationem quoq; omnem & doctorum hominum judicio & Leonis arbitratui permiſſe, illos autem excogitaſſe varias contra ſe calumnias, & graviter ad Pontificem accuſaſſe, remq; eò deduxiſſe tandem, ut Aſculano & Sylveſtro Preriati cauſa committeretur: ab ijs evocatum ſe fuiſſe Romam, ſed quod uterq; ſuſpectus, alter etiam ad ejus rei judicationem minus eſſet idoneus: deinde, quod de præſentiſſimo periculo, ſi Ro-

mam

mam iviſſet, nemo quisquam dubitaret, quod etiam à ſuo Magiſtratu juberetur manere, his de cauſis atq; etiam metu omninò tali, qui in conſtantisſimum quemq; cadere posſit, ſe oraſſe Principem Fridericum, efficeret, ut cauſæ cognitio deferretur in Germaniâ viris aliquot peritis & idoneis, in loco non ſuſpecto, nec ad injuriam opportuno: Pontificem igitur Legato ſuo, Cardinali Cajetano rem omnem mandaſſe, quod haud dubiè factum ſit Adverſariorum ſuorum impulſu, qui de Cajetani mente ac voluntate compertum haberent. Et quanquam hic ipſe non injuriâ ſuſpectus videri poterat, ſe tamen obtemperaſſe: Illum verò ſtatim à primo congreſſu mandaſſe, ut ſua revocaret: ſe tùm reſpondiſſe, facti ſui rationem ſe redditurum vel diſputatione præſenti vel ſcripto, & non Academijs tantùm, ſed etiam Eccleſiæ Romanæ judicio velle rem totam ſubjicere: Verum his omnibus nihil emollitum, mandaſſe perpetuò revocationem, & cum extorquere non poſſet, comminatum eſſe graves pœnas, tùm ſibi, tùm alijs etiam, qui ſuæ eſſent ſententiæ. Cum ergò talibus præjuditijs valdè ſe gravari ſentiat, eam ob cauſam, à Pontifice Romano minus edocto, quantùm quidem ad hoc pertinet, provocare ſe ad Pontificum rectius edocendum, atq; hoc ita proteſtari palàm.

Decretum illud Clementis quod urgebat Cajetanus, in eam ſententiam erat conceptum; Nimirum.

Tempus illud uti vocant, Jubilæum, centeſimo quoq; anno præfinitum à Bonifacio Octavo, redigere ſe ad quinquageſimum, & de Chriſti Servatoris beneficio locutus, una gut- d. fol. 7.

tula

tula ſanguinis ipſius liberari potuiſſe genus humanum demonſtrat; cùm verò tantam ſanguinis copiam profuderit, ut toto corpore nihil eſſet in eo ſani, nihil aſpectu miſerabilius, omne illud quod ſuperfluum fuit, maximi theſauri loco reliquiſſe dicit in uſum Eccleſiæ, ac divo Petro, qui ſit Cæli claviger, ejusq; deinde Succeſſoribus mandaſſe, ut cum theſaurum in homines verè pœnitentes atq; peccata ſua confeſſos diffundant, & tanquam Oeconomi diſtribuant, pœnamq; temporalem peccatis debitam, eis remittant: huc etiam ait accedere Mariæ Virginis & omnium Sanctorum merita, ſic, ut inexhauſta ſit condonandi materies atq; facultas.

Ex hoc Decreto cum Cajetanus vim indulgentiarum aſſeveraret. *Lutherus.*

lib.1.f 8. *Petro & ſucceſſoribus nihil eſſe commiſſum dicebat, præter claves ac verbi miniſterium, quo Chriſtus jubet, fiducia ſui, delictorum annunciari remiſſionem credentibus: hanc eſſe veram & genuinam ſcripturæ ſententiam: quod ſi Decretum Clementis idem ſentiat, placere, ſin minus, non ſe poſſe illud approbare: quod præterea dicatur de Sanctorum meritis, repugnare totum Sacris literis: homines enim, quicunq; tandem illi ſint, non modo non facere plus quam oporteat, ſed nec illud quidem, quod debent, poſſe præſtare, neq; ſuis meritis, verum ſola DEI miſericordia fieri ſalvos; nam omnibus orandum eſſe quotidiè, ut debita ſeu delicta noſtra DEUS Pater nobis condonet, nec in Judicio contra nos conſiſtat ne condemnemur.*

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD

PACEM RELIGIONIS

DE ANNO cIↃ IↃLV.
PROPOSITIO TERTIA
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.

RESPONDENTE
JACOBO ANDREA CRUSIO Hannov: Sax:

add. Auguſti In Auditorio JCtorum.

I

CIrca duplicem ſaltem Religionem, ejusq; exercendæ libertatem occupata eſt Pax Religioſa, nimirum circa Romano Catholicam, & eam quæ confesſionem Auguſtanam amplectitur. R. Abſch. de Anno 1555. §. und damit ſolcher fried: & §. ſeq. dargegen ſollen die Stände; ubi ſaltem Auguſtanæ confesſionis & antiquæ Religionis fit mentio, der Augſpurgiſchen Confeſſion/ und alten Religion Unde Calviniſticæ Religioni addictos ex mente & verbis Pacificationis, in ipſâ pace non comprehendi, dicendum eſt. d. R. Abſch. §. doch ſollen

E alle

Digitized by Google

alle andere/ ſo obgemelten beyden Religionen nicht anhängig/in dieſem Frieden nicht gemeinet/ ſondern gäntzlich außgeſchloſſen ſein. vid. Petr. Syring de Pace Relig.theſ.21.apud Arum. volum.2.diſcurſu 10. Dn. Carpz. de L.R.c.6.ſect 4. n.23. & ſeqq. vid.ab utraque parte allegatos Autores apud Dan. Ott.de J.publ,c.28.

II

Noluerunt tamen Proteſtantes Auguſtanæ confeſsioni addicti, Calvinianis ſive reformatis Pacem Religioſam invidere, ſed eos tolerare potius & in clientelam Auguſtanæ confesſionis recipere maluerunt. Unde Anno 1566, Proteſtantes, ſuper hoc puncto requiſiti ob Sie denn Chur Fürſten Pfaltz Graffen/ Fridericum Tertium. Für einen Stand der Augſpurgiſchen confesſion verwand hielten &c. in Reſolutione ſuâ, Cæſareæ Majeſtati exhibitâ expreſsè ſe declararunt: Es were Ihr Gemüth/ wille und Meinung gar nicht/ den Churfürſten Pfaltzgraffen/oder andere/ſo in etlichen articuln mit ihnen ſtreitig/ in Deutſcher oder in Frembden Nationen in einige Gefahr zuſtellen. &c. Idq; optimo ſane consilio, ne, qui Pontificiæ ſedi repudium miſerunt: Lutherani & Calviniani,

mutuis

Digitized by Google

mutuis aut odijs aut armis committentes, ſemetipſos enervent & conſumant, maximo ſectatorum Pontificiorum tum gaudio, tum voto. Quod conſilium Regibus & Principibus Romanæ ſedi addictis ſuggesſit, ſanguinolentus autor Joh. P. VVindek de exſtirp. hæres p. 224.

III

An autem Calviniani, recte & ſecundum veritatem ſeſe fratres Auguſtanæ Confesſionis profiteantur, fuſius proſequitur & negat Leonh. Hütterus in diſp. pro Libro concordiæ adverſus criminationes Rudolphi Hospiniani, anno 1611. hîc habita. Quod Theologorum diſcusſioni relinquimus. Videantur, quæ in eandem, ſententiam diſſerit, Cranius de Pac. Relig. p. 1. problem. 13.

IV

Hodiè Quæſtio illa, an Calviniani ſub Pacificatione Religioſà contineantur, ſatis deciſa eſt in Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suecico, Oſnabrugis, anno 1648. cap. 7 In quô (ſunt verba ſanctionis) unanimi Cæſareæ Majeſtatis, omniumq; ordinum Imperij conſenſu placuit, ut quicquid Juris aut beneficij, cum omnes aliæ conſtitutiones Imperij, tum Pax Religionis & publica hæc

Transactio, in eaq́; deciſio gravaminum cœteris Catholicis & Auguſtanæ Confesſioni addictis ſtatibus & ſubditis tribuunt, id etiam ijs, qui inter illos reformati vocantur, competere debeat;

V

Cæterum vi pacis Religioſæ, ipſius Religionis cultus, & Exercitij publici plenisſima libertas conceſſa, eſt; prohibitâ omni violentiâ, & inquietatione in doctrinâ, ritibus, ceremonijs; Statuum & ſubditorum territorijs bonis & Juribus R. Abſch. de anno 1555. §. und damit ſolcher Fried ibi, keinen Standt deß Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confesſion; und derſelbigen Lehr/ Religion/ und Glaubens halben mit der That gewaltiger weiſe uberziehen beſchädigen oder vergewaltigen; it. von ihrẽ Glauben/ Kirchen gebrauchen/ Ordnungen und Ceremonien ſo ſie aufgericht/ oder noch mahls aufrichten möchten/ ſie nicht dringen &c. & 5 ſeq. ubi Statuum Catholicorum, der alten Religion anhängig/ uti ibidem vocantur, ſecuritati, circa doctrinam & ſacra eodem modo, proſpectum eſt.

VI

Nec violentia tantum utrinq́; prohibetur in Status & ſubditos utriusq́; Religionis; verum

etiam

etiam callida perſuaſio, qua ſubditi alterutrius à ſuà religione & ordinario Magiſtratû divellantur: s. Eß ſol auch kein Standt den andern noch deſſelben Unterthanen/zu ſeiner Religion dringen/abpracticiren/oder wieder ihre Obrigkeit in ſchutz und ſchirm nehmen/ noch vertheidingen in keine wege. An autem noſtræ Religioni addictus informare Pontificium. in Orthodoxa religione & tali ratione ad eandem deducere prohibetur? Neutiquam: vox enim illa, abpracticiren fraudulentam perſuaſionem quæ fit muneribus, promisſionibus alijsq; illecebris & artibus ad ſubditos Magiſtratus Imperio eximendos denotat: & alias verbo Dei, informare fratrem infirmum, & in viâ Veritatis firmare jubemur. Quam in ſententiam à Proteſtantibus, ad gravamina Pontificiorum Anno 1594. in comitijs Ratisbonenſibus; reſponſum fuit; Verba refert Syring. de Pac. Relig. th. 26. in fin

VII

Conceſſo ſic Statibus libero & ab omni inquietudine immuni Religionis exercitio; utiq; non ad certum, Paſtorum & miniſtrorum Eccleſiæ numerum obſtricti ſunt, ſed tot ſuſcipient, quot ad erudiendum in doctrinà populum

Digitized by Google

lum neceſſarij ſunt, quorq; è reditibus Eccleſiarum ali poſſunt. Sine his enim: libertas Religionis, exerceri & ſubſiſtere non poſſet. Ergo arg. l.2.ff.de Idict. vid. Syring. d.th.26.

VIII

Præcipuum quoq; Religionis liberè exercendæ caput eſt: Statuta, Ordinationes Eccleſiaſticas & ceremonias condere ac *inducere* d.s. und damit ſolcher Fried/ibi, Glauben/ Kirchengebreüchen. Ordnungen und Ceremonien ſo ſie aufgericht/ oder nochmahls aufrichten möchten s. Unde ſequitur, utriq; Parti permiſſum eſſe ſuæ tantum Religionis homines ad ordines ſacros & officia Eccleſiaſtica adſciſcere. R. Abſch. d. ano 55. s. damit auch obberührte ibi beſtellung der Miniſterien. Templa quoq; & loca Sacra pro lubitu exſtruere, cum ſine ijs publica Religionis libertas exerceri non poſſit.

IX

Et in genere Jurisdictio Eccleſiaſtica in terris Auguſtanæ confesſionis, in cauſis, Religionem, Doctrinam, conſtitutionem miniſteriorum, rituum, Ceremoniarum & ordinationum Eccleſiaſticarum factarũ vel faciendarum. usq; ad finalem Chriſtianam compoſitionem Religio-

ligionis quieſcere juſſa & ſuſpenſa eſt d. §. damit auch obberührte ibi bis zu endlicher Chriſtlicher vergleichung der Religion die Geiſtliche Jurisdiction ruhen eingeſtellt und Suſpendiret ſein und bleiben. Quæ ſuſpenſio renovata & confirmata eſt in pacificat. Osnabrug. Inſtrum. Cæſareo-Suec. c. 5. §. Jus Diœceſanum 16. Et Hanc Jurisdictionem hodie Jure ſuperioritatis ad ſe devolutam Principes Imperij, duplicem perſonam ſuſtinentes Epiſcopi & Principis per Conſiſtoria Eccleſiaſtica è Theologis & JCtis conſtituta exercent.

X

Vi Jurisdictionis hujus Eccleſiaſticæ Principes & Status Imperij Proteſtantes, cognitionem de Veritate Religionis ſuæ, Pontifici aut Epiſcopis, nequaquam permittunt: perſonas & cauſas ſuas Eccleſiaſticas, eorum Jurisdictioni & cognitioni non ſubijciunt, ſed ipſi eandem exercent unà cum omnibus alijs, quæ ad tuendam illam per cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas faciunt. Quæ in aſſertionibus ſubſequentibus, ſpecialius exſequemur.

APPO-

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA
Sive
Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum
EX SLEIDANO
De
STATU RELIGIONIS.

Poſteaquam Auguſtâ abierat Lutherus, Cajetanus ad Fridericum Principem dat Literas d. 25. Octobr. Anno 1518.

lib. 1. fol. 9. *Veniſſe Lutherum Auguſtam, ſed non prius locutum ſibi, quàm Cæſaris interveniſſet cautio: valdè ſe mirari, tàm exiguam ſibi fidem haberi: poſt multam actionem ſe Paterno quodam affectu monuiſſe hominem, ut ad ſanitatem rediret: & licet pertinacior eſſet, tamen cum Stupitio & alijs quibusdam rationem inijſſe conciliationis, ita quidem, ut & Eccleſia Romana ſua dignitas, & illi ſuus conſtaret honos: cumq; jam bona quædam eſſent ejus rei jacta fundamenta, Stupitium primò, poſt etiam Lutherum abijſſe clanculum: quòd omninò ſibi præter expectationem acciderit: Illum præ ſe ferre quidem, quaſi diſputandi & cognoſcendi tantum cauſa rem iſtam agat, in concionibus autē ad populum aſſeverare omnia quod minimè ſit tolerandum, quandoquidem & ab Eccleſia Romana diſcrepet ejus doctrina, & valde ſit perniitioſa, quod certò poſſit affirmari. Monet igitur, ut exiſtimationi ſuæ* con-

conſulat & conſcientiæ, ut Lutherum aut Romam mittat, aut è ſuis finibus ejiciat: fieri non poſſe, ut negotium hoc tàm peſtiferum diu conſiſtat: neq; dubium eſſe, quin Romæ ſint peractùri judicium: & ſe quidem, quod ſui ſit officij, rem omnem & commiſſam fraudem nuntiaſſe Pontifici: orat, ne fidem illis habeat, qui de Lutheri ſcriptis videntur non peſſimè ſentire, neve maculam iſtam atq; labem honeſtisſimæ familiæ ſuæ inurat, quemadmodum ſæpè ſit pollicitus.

Ad eam Epiſtolam Fridericus Princeps. octavâ die Decembris reſpondet

Pollicitum ſe fuiſſe, curaturum, ut Auguſtam Lutherus veniret; id quoniam factum ſit, nihil à ſe poſſe præſtari magis: ipſum verò invicem promiſiſſe, fore ut Lutherum amice dimitteret: nunc verò, quod illum indicta cauſa voluerit ad revocationem cogere, mirum hoc ſibi cumprimis videri: plurimos enim eſſe, non ſuæ tantum ditionis, verum alijs etiam in locis, viros eruditione & virtute præſtantes, qui doctrinam illius minimè damnent: eos autem qui ſe illi objicerint, avaritia fuiſſe & odio, propter interverſum emolumentum, impulſos: quod ſi demonſtraretur illius error, ſe, qui & gloriam DEI ſpectet, & conſcientiæ ſuæ conſultum eſſe cupiat, jam pridem ſua ſponte fuiſſe facturum in eo Chriſtiani Principis officium: prorſus igitur hoc ſibi præter opinionem eveniſſe, quod ſcribat, actionem in illum iri continuatum Romæ: quod etiam à ſe petat, ut vel Romæ ſiſtatur, vel è finibus exterminetur, id ſibi non eſſe integrum, primò, quod illius error nondum ſit commonſtratus, deinde, quod maxima ſit iſtud futurum Academiæ Wittenbergenſis, à ſe conſtitutæ, jactura, quæ & multis ornata ſit doctis atq; ſtudioſis hominibus, & Lutherum, ut hominem de ſe bene merentem magna complectatur benevolen- lib.1.fol.9.

Digitized by Google

tia: ſe quidem illi hanc ipſius epiſtolam, ut legeret miſiſſe: illum vero, quod & antea non ſemel ſit profeſſus, affirmare, ſe paratum eſſe diſputationem in loco non ſuſpecto ſubire, & aliorum, qui rectius aliquid adferre poſſint, judicia pati, vel etiam ſcripto reſpondere: ſibi certè videri æquum eſſe, ut hoc ei concedatur, atq; etiam petere, ut ita fiat, quo tandem videri poſſit & quamobrem pro hæretico ſit habendus ille, & quid ſibi præcipuè ſequendum ſit: quemadmodum enim ſciens & intelligens, nullum errorem approbare, & ſicut invitus admodum ab Eccleſiæ Romanæ obſervantia diſcedere velit, ita quoq; ſe non poſſe illum, niſi detecto primum errore atq; crimine damnare.

Fridericus Princeps Cajetani literas Luthero tranſmiſerat, ad eas Lutherus Principi reſpondet

lib. 1. fol. 9. Quod ad Cajetanum, niſi prius impetrata cautione Cæſaris, non iverit, amicorum id fuiſſe factum conſilio: quæ de indulgentijs deq; fide in ſacramentis neceſſaria ſcripſerit, illum voluiſſe revocari: ſe, quidem de priori non admodum laborare, ſed ut alterum diffiteatur, quoniam in eo ſalutis noſtræ ſumma poſita ſit, non ſe poſſe facere, pòſt demonſtrat, à Pontificijs loca ſcripturæ depravari & alio detorqueri: commemorat etiam, quid ſingulis diebus actum ſit, & quomodo Cajetanus tandem ad minas devenerit: certè, nihil tam optare ſe, quã ut doceatur, quid erret, meliora docenti libenter obtemperaturum: quod ſi tantum operæ propter ſe tenuis conditionis hominem illi ſuſcipere recuſent, ſaltem vel ad ipſum Principem vel ad Cæſarem, vel aliquem magni nominis Epiſcopum Germaniæ perſcribant, aut diſputationem liberam alicubi decernant:

Digitized by Google

cernant: eos hac omnia ſibi adhuc denegaſſe: quod ſi in eo perſeverent, facile poſſe judicari, ſuanè an illorum interveniat culpa: cum igitur ad ſævitiam hortentur & immanitatem, non oportere ipſum his illorum vocibus permoveri, nam annotare, qui videbuntur, errores, & ſcripto comprehenſos in Germaniam emittere, multò illis eſſe facilius, quàm ſibi magno ſumptu & præſenti vitæ periculo, Romam, ut de ſuis erroribus cognoſcat, proficiſci: quod ille demum jactet, fore, ut in judicio res peragatur Romæ, niſi vel eo ſe conferat, vel extra fines ejiciatur: non ſe recuſare exilium: ſatis enim ſibi conſtare, quam non poſſit ullo in loco eſſe tutus in his adverſariorum inſidijs & malevolentia: futurum quoq; ſibi longè graviſſimum, ſi quidam ſui cauſa quis in periculum incurrat: itaq; ne quid illi moliantur, exceſſurum ſe finibus jam & tota regione, quocunq; DEUS duxerit: proinde gratias agit, & ſalutem ei precatur, ſibi verò gaudet atq; gratulatur ipſe, quod pro nominis CHRISTI gloria DEUS aliquid ſe perferre voluerit.

Wittebergenſis Academia eodem anno, 1518. nono Calendas Decembris ad Fridericum Principem dat Literas

Ex Luthero ſe cognoviſſe de Cajetani literis, quid & ille petat, & quid ipſe invicem Auguſtæ detulerit: cum ergo Lutherus & errorem ſibi demonſtrari cupiat, & ſanctæ Eccleſiæ Romanæ ſeſe permittat, orare, det operam, ne quid illi gravius in eum ſtatuant, ſed erranti viam è ſacris literis commonſtrent: ipſã quidem de Leonis humanitate benè ſperare, ſed vereri plurimum, ne transverſum rapiant adulatores adverſarij, & Eccleſiæ nomine abutantur. *lib.1.f.10.*

Leo Pontifex, dum hæc aguntur, defectionem aliquam metuens, peculiari Edicto novas ſancit indulgentias quinto Idus Novembr. d. anni

Ib. 1. f. 10. *Eamq́; dicit eſſe Eccleſiæ Romanæ, quæ magiſtra ſit reliquarum omnium, doctrinam, ut Petri ſucceſſor, Pontifex Romanus, & Chriſti vicarius, poteſtatem habeat hoc tantum beneficium, largiendi ſic, quidem, ut non vivis tantùm, ſed & mortuis in purgatorio proſint: hanc eſſe recipiendam omnibus doctrinam, niſi ab Eccleſiæ conſortio velint ſeparari.*

Lutherus cum è Cajetani Literis acciperet, fore, ut contra ſe, Romæ judicaretur, novam appellationem interponit d. Novembr 28. ejusdem anni 1518.

Ib. 1. f. 10. *Initio profitetur, nolle ſe Romani Pontificis rectè ſentientis autoritatem convellere, multò minus ab Eccleſia diſſentire: veruntamen: quia Pontifex pari ſit cum reliqis mortalibus conditione, fieri poſſe ut erret & delinquat, nec illi hoc eſſe tribuendum, quaſi ipſe unus falli non poſſit aut labi. Docet hoc exemplo Petri, quem aberrantem in ſana doctrina Paulus graviter & apertè reprehenderit: quod ſi Pontificis tanta ſint opes atq́; facultates, ut & quidvis imperet, nec ullius mandato cohiberi poſſit, jam ijs, qui ſibi vim ab eo fieri putent, unicum ſuper eſſe remedium, appellationem. Poſtea commemorat, quomodo Cajetani Cardinalis nimia coactus aſperitate, ad Pontificem provocarit, cujus in humanitate præſidium aliquod ſibi reliquum eſſe putaret, cum & æquiſſimas proponeret conditiones, & omnia ſe facturum profiteretur, errore ſublato: jam verò, poſtquam hac appellatione contempta*

tempta, rejectis etiam conditionibus, nihil opis aut ſalutis à Pontifice ſperandum eſſe videat ex Cajetani literis ad Fridericum Principem datis, adductum extrema neceſſitate provocare ſe à Pontifice ad futurum Concilium, quod illi ſit modis omnibus præferendum.

Eodem anno Leo Pontifex Carolum Miltitium in Germaniam mittit, & Fridericum Principem aureâ roſâ, quæ quot annis à Pontifice ſolenniter conſecratur; Singularis benivolentiæ cauſâ donat, ſimul ad Degenartum Pfeffingerum, ex Friderici Conſiliarijs, Virum Nobilem ſcribit, &

Rogat, ut in ijs, quæ ſuo nomine ſit acturus cum Friderico Miltitius bonam operam navet, ut Lutherus Sathanæ filius coherceatur, & ne qua labe Saxonica domus, honeſtiſſima ſemper habita, & religionis admodum obſervans, contaminetur. lib.1.f.10.

Miltitius exhibita roſâ Strenuè negotium ſibi commiſſum, quod & Georgio Spalatino in literis commendaverat Pontifex agit, Quo cognito, Lutherus d. 3. Martij Anno 1619.

Ad Pontificem literas dat, graviter ſe delatum ad Principem Fridericum quaſi protervus in Eccleſiam Romanam egerit: non mediocriter autem eo ſe commoveri: nam ipſius abſe alienationem animi, valde ſibi gravem eſſe, neq; tamen interim apparere, quid, aut qua ratione ſit agendum: lib.1.f.11.

Digitized by Google

urgeri ſe perpetuò, ut ſua revocet: quod ſi ex uſu & dignitate Eccleſia Romana poſſit aliquid hac ratione confici, non ſe recuſaturum, ſed eſſe complures in Germania præſtanti ingenio & eruditione viros, qui de tota controverſia rectè judicare poſſint: itaq; fore, ut, etiamſi revocet, hoc ipſum tamen ad Eccleſiæ Romanæ dedecus atq; detrimentum magis quam ad dignitatem pertineat: injuriam enim ſe nullam ipſi feciſſe, verum quæſtores illos atq; declamatores potius, qui avaritia ducti fœda quædam & ignominioſa dixerint ad Populum: ab ijs delatum ſe graviter & accuſatum eſſe præter omne ſuum meritum: ſe quidem erga Romanam Eccleſiam & ipſum quoq; ſic eſſe affectum, ut nihil in eam moliri cogitet: tantam enim, ejus Eccleſiæ poteſtatem eſſe, ut præter unum Chriſtum in rebus humanis, nihil ea ſit excellentius: orare, ne ſuis adverſarijs fidem habeat: de indulgentijs nullam ſe poſthac mentionem eſſe facturum, modò ſuis inimicis invicem mandetur ſilentium: pro Concione quoq; ſe velle commonefacere populum, ut de Eccleſia Romana piè ſentiat & honorificè, nec alienam temeritatem & avaritiam huic aſcribant, neve ſuum imitentur exemplum, qui quodammodo coactus ab adverſarijs, parum reverenter illam atq; dignè tractarit: breviter, omnia ſe facturum pacis cauſa; hoc unum modo ſpectaſſe in omni actione, ne qua labes Eccleſiæ Romanæ per alienam improbitatem aſpergeretur, nevè populus impia doctrina falleretur: hanc ſollicitudinem atq; diligentiam non poſſe in ullam adduci reprehenſionem: de rebus medijs & non neceſſarijs nihil ſe magnopere laborare, modò in animis hominum nullus reſideat error aut perſuaſio falſa.

Sub idem fere tempus Eraſmus Roterodamus

in

Digitized by Google

in literis ad Fridericum Saxoniæ Ducem Antuerpiâ de Luthero Scribit

Ejus libros magno cum applauſu dicit à Viris bonis atq; doctis evolvi, ſed & vitam illius à nemine reprehendi, quod abſit ab omni ſuſpitione tùm avaritiæ tùm ambitionis: Theologos verò Lovanienſes, quod audiant illum valdè gravari authoritate Cardinalis Cajetani, triumphare nunc, & in Concionibus atq; convivijs omnibus eum inſectari, velut hæreticum & antichriſtum: id ſibi valdè diſplicere, præſertim cum ille diſputandi cauſa quædam propoſuerit, quum judicio ſe ſubmiſerit omnium, quorum oportuit, & quorum non oportuit: ipſi verò, neq; monuerint hominem amicè, neq; docuerint, nec erroris adhuc convicerint, ſed turbulentis & ſeditioſis tantùm clamoribus rem agant: hunc autem agendi modum prorſus indignum eſſe Chriſtianæ profeſſionis hominibus, maximè verò theologis: nec enim hæreſeos temere quenquam inſimulandum eſſe. lib.1.f.18.

Luthero quoq; ſcribit Lovanio

Ipſius Epiſtolam ſibi redditam eſſe dicit, quæ & ingenij demonſtret acumen, & animum ſpiret Chriſtianum: ipſius autem libris magnam ibi tragœdiam excitari, ſeq; gravem ſuſtinere tum invidiam tùm ſuſpitionem Theologorum, nec excuſando tamen quicquam proficere: per Angliam eſſe multos, & magni quidem nominis, qui de lucubrationibus ipſius optimè ſentiant: ſe quoq; deguſtaſſe Commentarios ejus in Pſalmos & ſperare magnam allaturos utilitatem. ſibi quidem vehementer placere: ſed unum eſſe, cujus ipſum velit admonere. Nempe, civili modeſtia plus poſſe profici, quàm impetu: detonandum potius in eos, qui Pontificum abutuntur authoritate, lib.1.f.18.

Digitized by Google

quàm in ipſos Pontifices: de rebus inveteratis, quæ ſubitò revelli non poſſint, diſputandum eſſe validis & confertis argumentis potius, quàm aſſeverandum, & affectibus nihil hic oportere tribui. Hæc autem admonere ſe, non ut faciat, ſed ut in eo, quod faciat, progrediatur.

Carolus Miltitius ad Fridericum Principem miſſus, dum rationem ſanandi vulneris inire cogitat, conſilio cum primoribus Ordinis Auguſtiniani habito, Lutherum literas ad Pontificem dare jubet, quod fecit Lutherus d. 6. April. 1520. hunc in modum.

lib. 1. f. 19. *Etſi ad Concilium ab ipſo provocarit, tamen interea ſuas preces ad Deum pro ſalute ipſius effudiſſe: magno ſibi dari crimini, quòd ipſius nomen atq; dignitatem læſiſſe dicatur: eam criminationem admodum ſibi dolere, & hanc eſſe cauſam, cur nunc ad ipſum denuò ſcribat. In reprehendendis erroribus atq; vitijs acrem ſequidem fuiſſe, de ipſo autem præclarè ſemper ſcripſiſſe, quod & libris ſuis demonſtrari poſſit: quod autem falſam doctrinam adeò libere perſtringat, illud à ſe fieri tùm Chriſti, tùm Prophetarum & Apoſtolorum Exemplo: ſed quo minus id genus reprehenſiones ac ſalutares admonitiones locum habeant, id adulatorum fieri nequitia, qui auribus hominum ſerviant: ſpectare ſe gloriam Dei, & hoc ſolum agere, ut veritas illuceſcat: hoc ſi poſſit obtinere, libenter in rebus alijs conceſſurum. Ut a. à veri profeſſione diſcedat, fieri non poſſe.*

De Aula & Urbe Romana, plura ſubjungit ibidem d. fol 19. & ſeq.

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD

PACEM RELIGIONIS
DE ANNO cIↃ IↃLV.

Ad diem 8. Septembr. in Audit. JCtorum.

PROPOSITIO QUARTA
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.

RESPONDENTE
GEORGE WOLF STEIER, Dresdenſi.

I

DUm in Receſſu noſtro d. §. damit auch obberührte ſaltem religionis Auguſtanæ Confeſsionis, Conſtitutionis miniſteriorum, Ordinationum & Ceremoniarum Eccleſiaſticarum fit mentio, cognitionem de cauſis Eccleſiaſticis incluſam, & quoad eas, Jurisdictionem Eccleſiaſticam in Terris Proteſtantium ſuſpenſam non eſſe, Adverſarij acritèr contendunt, urgentque maximopere verba non tantùm initialia dicti §. damit auch obberührte; quæ certas tantùm cauſas modò relatas continent: ſed & ſequentia ejusdem §. ibi Aber in andern ſachen und fällen der Augſpurgiſchen Con-

Digitized by Google

feſsion, Religion Glauben / Kirchengebräuchen/Ordnungen/Ceremonien/und beſtellung der miniſterien nicht anlangend / ſoll und mag die Geiſtliche Jdiction durch die Ertzbiſchoffe/ Biſchoffe und andere Prælaten/ wie deren Exercitium an einen jeden orth hergebracht/ und ſie in deren übung/ gebrauch und poſſeſsion ſind hinfüro/ wie bisher / unverhindert/ exerciret/ und gebrauchet werden. Quibus verbis, cognitio de cauſis Eccleſiaſticis à veteri Jurisdictione exempta non videtur. Verum, contraria Imperij Conſuetudine interpretatio dicti §. qui in verbis initialibus, generaliter de ſuſpenſione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ loquitur: etiam ad cognitionem illam de cauſis Eccleſiaſticis extenſa eſt, uti præjudicijs aliquid probat *Gylmann. Symphorem. ſuppl. de Relig. fol. 185.* Juſtâ ſatis ratione, ne alias, ſi penes Pontificios cognitio & deciſio cauſarum matrimonialium aliarumque in terris Proteſtantium eſſet, Religioni noſtræ, ex diverſitate fundamentorum decidendi, grave præjudicium inferatur, cum & aliàs mens Proteſtantium in toto illo Pacificationis Religioſæ Tractatu fuerit: jugo Pontificiæ Jurisdictionis in univerſum, usque ad totalem Re-

ligio-

Digitized by Google

ligionis compoſitionem ſe eximere. Fruſtra itaque Pontificij inter alia gravamina, Anno 1576. de hoc quoq; conqueſti ſunt. Das in ſolchen fällen/ die mit der Religion garnichts zu thun/ die Geiſtliche Jurisdiction gäntzlich und gar in der Augſpurgiſchen Confeſſion verwandten/ Landen/ und gebiethen/ abgeſchnitten und mit der that gewehret werde/ vid. Syring. de Pace Religionis theſ. 29. lit. d. Cran. de P. R. p. 3. problem. 2.

II.

In perſonas Eccleſiaſticas nulli ſeculari Magiſtratui, olim Jurisdictio competebat; eidemq; ne volentes quidem, ordinis ejusmodi homines ſubjici, ſive, ut loquimur, Jurisdictionem illam prorogare ſine conſenſu Epiſcopi ſui poterant, etjamſi Juramentum & adverſarij conſenſus acceſſerit, cum privilegium illud, Exemptionis nimirum à Jurisdictione ſeculari, non perſonale ſed toti collegio Eccleſiaſtico publicè indultum ſit, cui pactis privatorum derogari non poſſit. *c. ſi diligenti 12 c. ſignificaſti 18. X. de foro compet.* Hodiè ſuſpensâ Jdictione Eccleſiaſticâ Pontificiorum, Proteſtantium foro Eccleſiaſtico & conſiſtorijs ſubſunt Eccleſiaſticæ perſonæ.

III.

Nec inter eſt, àn cauſa ſit Eccleſiaſtica an ſe-

cularis, pertinet enim cognitio ad Conſiſtoria in actionibus nimirum perſonalibus. *vid. Ordinat. Eccleſiaſt. tit.* von *Immunitatibus* und Freyheiten der Kirchendiener. §. und anfänglich/ *verſ.* ſo ordnen und wollen wir. non in realibus, in quibus forum ſortiuntur, coram Judice ſeculari ſub quâ bona ſita ſunt, *Ordin. Eccleſ. d. tit* §. was aber ihre & Ordin. *Polit. de Anno 1512. tit.* von *Conſiſtori* alſchen *n. 2.* §. und weil vors andere. nec in cauſis criminalibus, quæ pœnam capitalem vel corporis afflictivam merentur, quarum cognitio ad Iudicem politicum ſpectat. *Ordin. Eccleſ. d.* §. was aber ihre *verſ.* Aber der hohen Frevel/ und *malefitz* halber. *&ſubtit.* von beyden *Conſiſtoriis* zu Leipzig und Wittenberg. *tit 10.* Pœnarum verò civilium & arbitrariarum executio Conſiſtorijs adempta non eſt *d. tit 10.* §. Dann ob ſich wohl/ *vid Dn. Carpzov. in Juriſprud. Conſiſtor. lib. 3. tit. 1 defin. 5. & 7.*

IV.

Ipſa autem Exemptio Clericorum ab omni poteſtate ſeculari, quoad perſonas & bona ipſorum, quam urgent adeò Pontificij, inprimis Bellarminus *in lib de Clericis. c. 28.* neq; divino neq; humano Jure fundata eſt, uti prolixè deducunt *Arniſæus de ſubj. & Exempt. Cler. & Johannes*

Ger-

Gerhardus in loco de Magiſtrat. Folit. §. 440. *P. Theodor. Coll crim. diſp. 10. theſ. 5. lit.* C ſub marginali: *Tertia Exceptio.* Contraria in diſcurſu diluemus.

V.

Inter cauſas Eccleſiaſticas referuntur cauſæ matrimoniales. Seculares eas eſſe & ad forum politicum pertinere, poſt alios deducit *Riemer. Decad. 2. quæſt Illuſtr. q. 3.* ubi nec Lutherum ab hac ſententia alienum fuiſſe, allegat, ex libello ejus von Eheſachen in procem. Ad Eccleſiaſticum forum ſimpliciter pertinere Pontificij aſſerunt. Rectius, cauſam matrimonialem mixtam eſſe dicemus, & interdum ad Eccleſiaſticum, interdum ad ſeculare forum ſpectare; unde hodie in Eccleſiaſticis Conſiſtorijs, ab Eccleſiaſticis pariter & Politicis tractatur. *Finckelth. de J. patron. c. 4. n 16 Dn. Carpzov. Jprud. Conſiſtor. lib. 2. tit. 1. defin. 1. Ord Eccleſ. tit.* von beyden *Conſiſtoriis rubr.* was ſachen in das *Conſiſtorium* gehörig/ §. Alle Eheſachen/ wie ſie nahmen haben. Diſpenſare tamen in cauſis matrimonialibus Inferiora Conſiſtoria haud poſſunt, ſed ad Principē, ut Epiſcopum referri debet. Ordin. Eccleſ. d. tit. rubr. vom Proces der Conſiſtorien §. wann auch in Eheſachen

VI.

De uſuris controverſias & dijudicationem

foro Eccleſiaſtico præcipuè tribuunt Pontifices tit. X. de uſur. Ex hodiernâ obſervantiâ, ut plurimùm de ijs cognoſcit Judex ſecularis R. Abſch. de Anno 1500. 1530. 1548. rubr. von Wucher und Wucherlichen contracten ib. Allen Richtern/ Geiſtlichen und Weltlichen. Adde Ordin. Torg. de Anno 1583. tit. von Wucher und Wucherl. contract. vid. Dn. Carpzov. in Jprud. Conſiſt. lib. 3. tit. 1 def. 2. *n.* 16. *& ſeq.* Mixto foro cognitionem de quæſtionibus uſurarijs tribuunt. Cacheran decis 137. n. 10. Molin. de uſur. quæſt 10. n. 55 adde Reinking. de R. S. & E. lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 49.

VII.

Decimarum Controverſias (quæ patrimonium Chriſti & poſſesſiones ipſius Deï vocantur *in c cum ſecundum 16 X de præbend & can revertimini 65 cauſ. 16. quæſt. 1.*) ad forum Eccleſiaſticum pertinere non dubitatur, Ordin. Eccl. rubr. Generalarticul tit. von den zehenden f. 346. Ni*col. Reuſner lib. 4. deciſ. 2. n. 31. Canis. de Decimis c. 18 n. 12 & ſeqq. Vmm. diſp. ad proceſſ. 4. th. 33. n. 69.* Nec de beneficijs Eccleſiaſticis & jure patronatus dubium eſt t t. X. & in 6to ut & Clem de præbend t. t X. & in 6. de J. patronat. quanquam enim jus patronatus per ſe ſpirituale non ſit, utpote Laicis quoq; competens, ſpiritualitati tamen annexum

eſt.

eſt. Dn. Carpz. d. tract. lib. 1. def. 13. Quod ſi tamen quæſtio ſit de poſſesſione Decimarum; judicis ſecularis cognitio eſt, cum poſſesſio rei ſpiritualis, dicatur temporalis, *Geil. lib. 1. obſ. 38.* Idem eſt, ſi de poſſesſione juris Patronatus agatur vid. Finckelth. de *J. P. c. 8 n. 6. & ſeqq.*

IIX.

Juramentorum quoq; materia, cognitioni Eccleſiaſticæ ſubjacet, tanquam res ſpiritualis conſcientiam & animam concernens. *t. t. X & in 6. de Jurejur. c. 13 X. de Judic* (inprimis ſi agatur de abſolutione juramenti ad effectum agendi *c. 8 c. 13. c. 15. X de Jurejur.* Quam poteſtatem hodie vi ſuſpenſæ Jdictionis Eccleſiaſticæ exercent Principes & ſtatus Imperij: & Camera Imperialis *ordin. Cam. p. 2 t. 24.* von *Relaxation* der Eyde *vid. Conſtitut. EL. Aug. 36 p. 2. ibique Moll. Mynſing. cent. 3 obſ. 99 Zanger de Except. p. 3. c. 1. n. 428 & ſeq. Cran. de Pace Relig. p. 1. problem. 7. Conſult. Conſtit. Sax. p. 1. quæſt. 4. n. 13. & ſeqq.*

IX.

Adhæret Exercitio Jurisdictionis hujus Cenſura ſive diſciplina Eccleſiaſtica, quæ conſiſtit in pœnitentiâ Eccleſiaſticâ Kirchenbuße / ab ijs potisſimùm, qui contra ſextum præceptum deliquerunt præſtanda. De varijs ejusperagendæ ritibus

ſbus vel ante fores templi, vel ante aram in templo vel recitatâ deprecatione per miniſtrum verbi è ſuggeſtu *vid. Dn. Carpzov. J. P. Conſiſtor. lib. def 83* adde. ordin. Eccl. art. general 10. §. Wañ aber die Obrigkeit & Decret. Synodale de Anno 1624. Vnd nach dem wir vermercken. Clericos etjam potisſimum concernit, diſciplina hæc Eccleſiaſtica, quoad incarcerationem ſie mit Prieſterlichen gehorſamb zu belegẽ/ eorũq; *ab officio* ſuſpenſionem, & remotionem ſive deſtitutionem, quarum illa ex levioribus, hæc ex gravioribus cauſis utrobiq; tamen juſtis & ſufficientibus irrogatur *c. 4. X de Judic. Ordin Eccleſ tit* von beyden Conſiſtorijs §. Alle ſachen obſervatis tamen antequam ad remotionem deveniatur, gradibus admonitionum vid. ordin. Eccleſ. vom Obern Conſioſtorio rubr: wie weit ſich des Synodi Ampt.

X.

Denique Excommunicatio in noſtris Eccleſiis viꝫ jdictionis Eccleſiaſticæ expeditur, non quidem à Paſtoribus aut Superintendentibus, nec à Conſiſtorijs inferioribus, ſed à Conſiſtorio ſupremo, conſenſu Electoris Ordin. Eccl von beyden Conſiſtorijs tit. 10. in eos, qui in notorio crimine deprehenſi à magiſtratu ſeculari puniti, non tamen deſiſtunt: ita ut publicà paſtoris voce, Autoritate ſuperiorum, ab Eccleſiâ, ab uſu ſacræ Cœnæ, à teſtimonio in baptiſmo, & omni Chriſtianà converſatione arceantur, ſolo auditu verbi divini *illis* permiſſo. Proceſſum banni, ut & de recipiendis bannitis vid. in ordin. Eccleſ. artic. general. tit. 10. & 11.

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA

Sive

Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS.

Eodem anno 1520. Lutherus ad Carolum V. nuper Cæſarem creatum ſcribit, &

Deprecatus veniam, quod ad tantum Principem, ipſe, tenuis conditionis homo ſcribat, ait, cauſam eſſe gravem, cur ita faciat, & omninò talem quæ ad gloriam Chriſti pertineat: editos a ſe libellos aliquot, qui multorum ſibi conciliarint offenſionem, ſed nullo ſuo merito: nam invitum ad hoc certamen à ſuis adverſariis eſſe pertractum: multò ſe maluiſſe latere; ſed hoc ſuum eſſe præcipuum & unicum ſtudium, ut puram Evangelii doctrinam contra falſas hominum leges patefaciat: complures eruditione ac virtute præſtantes viros ejus rei poſſe teſtimonium dicere: hanc nimirum eſſe cauſam omnis odii & indignitatis & periculorum & contumeliæ & incommodorum, in quibus nunc ferè per triennium verſetur: ut autem res componeretur; nihil a ſe prætermiſſum: ſed quo ſæpius ipſe pacis proponat conditiones, eò magis adverſarios exacerbari: frequenter ſeſe multumq́; ab iis flagitaſſe, ut errore commonſtrato meliora doceant, illos autem præter atro- lib.2.f.24.

H ces

Digitized by Google

ces injurias & convitia nihil propè reſpondere, & hoc ſpectare ſolum, quomodo & ſe pariter & Evangelij doctrinam extinguant: his ergo de cauſis adhibere ſe nunc ſupremum remedium, & Athanaſij Exemplo confugere ad ipſum, velut ad aram præſidiumq́ legum: orare, ut doctrinæ Chriſtianæ tutelam ſuſcipiat ſeq́ contra vim & injuriam defendat, quousq́ de cauſa conſtiterit: nullam ſe petere defenſionem, ſi malam ſuſtinere cauſam convictus fuerit, petere ſolum, ut cognitio fiat, neq́ prius aliquid pronuncietur: hoc ad ipſius officium pertinere, & idcirco tributam ei poteſtatem hanc à Deo ſummam, ut jus reddat & ſeverè conſervet, utq́ tenues ac infirmos contra potentiorum injurias defendat.

Ad Ordines Imperij in eandem ſententiam ſcribit, ac paucis repetit.

f.25. *Quemadmodum invitus ad hanc contentionem deſcenderit, & quam acerbis odijs agitetur, cum hoc ſolum ſpectet, ut vera doctrina propagatione homines à falſis & nimium inveteratis perſuaſionibus eripiat: deinde, quàm multa fecerit pacis impetrandæ cauſa, commemorat, quomodo ſilentium non ſemel promiſerit, ea conditione tamen, ut adverſarijs eadem quoq́ lex poneretur, petens meliora doceri, & bonorum virorum cenſuram atq́ judicium audire paratus: verum hæc ſua poſtulata nullum habuiſſe locum adhuc, & adverſarios omne genus injuriarũ & convitiorum in ſe conjeciſſe, quod cum ita ſit, orare, ne criminationibus illorum fidem habeant; ſi quid autem à ſe ſcriptum ſit nimis vel acerbe, vel leviter, hoc ſe propemodum feciſſe coactum ineptiſſimis eorum & immodeſtiſſimis libellis in ſe conſcriptis. Poſtremò, quas ante hac ſemper obtulit componendi diſſidij rationes, eas nunc etiam offert, de eoq́ conteſtatur.*

Simili-

Digitized by Google

Similiter ad Albertum Archi Epiſcopum Moguntinum Cardinalem ſcribit Lutherus.

Quod ſit apud ipſum vocatus in odium, eo ſibi magis dolere, quod ab illis hoc exiſtimet fieri, qui ſua ſcripta ſoleant & laudare & tueri: ſed ſive verè ſive falsò illi criminentur, in utroq; tamen ineſſe peccatum: nam ſi falſum deferant, hoc ad ipſum, qui tantùm ſuſtineat onus, quiq; tàm multis præſit Eccleſiis, magis quam ad ſe pertinere. Davidem ipſum ab adulatore Siba fuiſſe in fraudem inductum: vix igitur ullum eſſe Principem, qui id genus hominum inſidias evitare poſſit; ſin autem vera ſit ipſorum criminatio, jam ſanè multo fuiſſe æquius, ut errorem ſibi commonſtrarent, ac meliora docerent, quod ipſum à ſuis adverſarijs crebrò quidem, ſed fruſtra tamen huc usq; poſtularit: eſſe omninò genera hominum duo, qui ſua ſcripta damnent, unum eorum, qui nunquam legerint, alterum eorum, qui legant quidem, ſed animum adferant odij plenum & amarulentum, & ab his, omnia ſua, quantumvis rectè & Chriſtianè dicta, depravari: quod ſi tempus aliquod ipſe dare velit ijs perlegendis, non dubitare ſe, quin ſecus atq; illi, ſit judicaturus. Orare igitur ne calumnijs credat, & ſuſpitionem omnem ſiniſtram deponat, & rem totam exactè cognoſcat: hoc enim ad ipſius, & plurimorū, quos in ſuam curam acceperit, ſalutem pertinere: nam quoniam & audiri poſtulet, & à doctioribus erudiri, fore, ſi non impetret, ut veritas ipſa plurimum violetur: & quia de ipſius ingenio ac humanitate bene ſperet, tum etiam, quod in ea provincia, quæ propriè ad ipſius curam Eccleſiaſticam pertineat, natus ſit & educatus, non potuiſſe non ad ipſum hoc perſcribere. d.f.25.

Moguntinus ad ea reſpondet:

1525. *Valde gratum eſſe, quod promittat non obſtinatè ſua velle defendere, ſed meliora docentibus, ultrò ceſſurum: ad ſe quantum attinet, etſi religio ſibi valde ſit cordi, tamen ipſius legendi lucubrationes otium adhuc ſibi defuiſſe: proinde nihil hoc quidem tempore de illis pronunciare, & judicium illis deferre, ad quos ea res propriè pertineat, quiq́ jampridem ſuſceperint eam expendendam: optare ſe nihilo ſecius, ut & ipſe & quicunq́ alij ſacro rũ interpretes, reverenter & modeſtè & religioſè, abſq́ contumelia & invidia rem omnem tractent: audire ſe magno cum animi dolore, ſummis contentionibus, & à magnis quibusdam hodiè diſputari de Pontificis Romani primatu, de Libero arbitrio, & id genus alijs frivolis opinionibus quæſtiunculis & nugamentis, quæ ad pietatem nihil magnopere conferant: vocari etiam hodie in dubium à nonnullis ea quæ pridem recepta ſint & confirmata communi Eccleſiæ conſenſu & authoritate conciliorum, quale ſit illud de Cœna Domini & Communione Sacramenti: & quoniam hæc etiam populariter fiant, nec ad vulgus diſſimulentur, peſſimas ex eo naſci & periculi plenas, multarum rerum occaſiones: non videre ſe, quomodo hæc vel ab ipſo vel ab alijs cum fructu pietatis ad eum modum tractari poſſint: quod ſi remotis omnibus, docti privatim de his rebus amicè conferrent, poſſe tolerari: neq́ ſe reprehendere, quod verum à ſe doceri dicat, modo id fiat abſq́ amarulentia & authoritatis eccleſiaſticæ contemptu: nam ſi pio affectu leniter ac modeſtè verũ profiteatur, forè ut conſiſtat, ſin autẽ faſtus ac malevolentia quædam huc ipſum impellat, non poſſe firmum ac diuturnum eſſe: nam ſi quis Dei beneficijs abutatur, eum haud dubiè gravem in ſe vindictam accumulare.*

Ad

Ad Epiſcopum Merſeburgenſem eodem tempore ſcribit Lutherus

Quod ad doctrinam attinet, bona ſe conſcientia niti, nec aliud docere, quam quod Chriſti & Apoſtoli docuerunt: ſed quoniam ſuæ profeſsioni mores atq; vita non reſpondeant, optare, ut à docendi removeatur officio: nullum ſe captare lucrum, nullam ſpectare gloriam, ſed hoc ſolum, ut æterna veritas omnibus innoteſcat: qui ſua damnent, eos vehementi quodam odio concitari, & ſuis affectibus falsò Pontificis Romani nomen obducere: multos exterarum gentium viros, eruditione & ingenio præſtantes, datis literis gratulari ſibi de ſuis ſcriptis, & permagnas agere gratias: quo magis etiam credat ſanam ſe doctrinam propoſuiſſe: rogat igitur, ut paternè ſecum agat & erranti viam commonſtret: adhuc quidem impetrare ſe non potuiſſe, ut res cognoſceretur, licet omnibus precibus flagitarit: nunc etiam longè ſibi forè gratisſimum, ſi quis errorem ſibi eripiat: obſtinatè nihil ſe facturum eſſe. f.12.

Cui reſpondet Epiſcopus

Sollicitum ſe vehementer ac ſæpè de ipſo fuiſſe, neq; parum ſibi dolere, quod librum inter alios emiſerit de Cœna Domini, quo multi non leviter ſiui offenſi: populum etiam ſuæ curæ peculiariter commiſſum, eo dogmate valde commoveri, quod ſibi cumprimis doleat. Ipſius deinde aſperitatem ſcribendi reprehendit: atq; ut exteris probetur ea ratio, ſe tamen probare non poſſe, verum optare, ut ad actionem iſtam animum adferat Chriſtianum, & ab omni vacuum perturbatione: minus reverenter etiam ab ipſo tractari Pontificem Romanum, quod & non deceat, & alioqui valde ſit indignum: itaq; monet, ut illam ingenij dexteritatem accommodet ad alia, d.fol.26.

quæ plus in commune proſint, & ut contentionem omnem acriorem remittat: quod autem demonſtrari ſibi petat errorem, ſeq; tractabilem eſſe futurum polliceatur, ait, non ſe poſſe jam literis ad ea reſpondere, ſed coràm aliquando prolixius acturum.

Eodem anno 1520. Cum Friderico Principi à Valentino Ditlebio Legato ſuo nunciaretur; acerbe ferri Romæ ſcripta Lutheri, quodque eum ipſe foveat & defendat in hunc ſenſum Romam ſcribit.

Nunquam ſui fuiſſe propoſiti, ut ſuo patrocinio Lutheri doctrinam propugnaret, & ne nunc quidem ejus eſſe animi, neq; ſibi judicium ſumere ullum eorum quæ doceat: audire ſe quidem ipſius dogmata valde probari viris doctis & judicio præditis, verum ſe nihil quicquam pronunciare, & illi ſua permittere defendenda: duas autem ab eo conditiones oblatas eſſe jam quidem, & adhuc deferri: primum, ſi fide publica idoneè caveatur, coram Legato Pontificio, quicunq; tandem ille ſit, rationem ſe redditurum eſſe doctrinæ ſuæ: deinde ſi demonſtretur error, paratiſſimè diſceſſurum à ſententia, de eoq; palam eſſe conteſtatum: & quanquam ſatis hoc ipſo feciſſe videri poſſit, tamen multò ante commonefactum à ſe, voluiſſe decedere finibus, niſi Carolus Miltitius aliud ſuaſiſſet: huic enim fuiſſe viſum, ut in ijs locis maneret potius, quàm ut alio ſe reciperet, ubi majorem fortaſſe nactus libertatem, editurus eſſet acriora multò, quàm adhuc feciſſet: itaq; nullam de ſe mali ſuſpicandi cauſam idoneam adduci poſſe: ſperare etiam nihil ſibi fraudi futurum apud Pontificem: graviter enim moleſteq; ſeſe laturum, ſi vulgò perſuadeatur, errorem ullo ſuo

tempo-

Digitized by Google

tempore natum, ab ſe defendi & confirmari. Poſt, familiarius ipſum appellat iiſdem literis, propter communem patriam & audire ſe dicit, in eam contentionis acerbitatem nunquam fuiſſe rem deventuram, niſi Eccius & id genus alij quidam ex diverſis locis, atq; etiam ex Urbe Romæ litem excitaſſent: eorum ſcriptis admodum atrocibus impulſum ac propè coactum reſpondiſſe Lutherum, & occaſione velut in manus atq; ſinum delata patefeciſſe multa, quæ, niſi laceſſitus ad eundem modum, non fuerit dicturus unquam: hoc ita ſibi deferri à viris doctis, qui rem omnem teneant, & ipſum quoq; non diffiteri Lutherum: in eos ergo totius turbæ conferendam eſſe culpam, qui dum Pontifici fortaſſe gratificari voluerunt, non mediocriter eum læſerint: non eundem eſſe nunc, qui fuit olim, Germaniæ ſtatum, excitari videt: ingenia præclara, literas omnes bonas & artes efflorеſcere, & in diſcendis linguis ad veram eruditionem neceſſarijs, complures utilem operam navare; breviter, eam nunc eſſe temporum conditionem, ut etiam homines plebei, magno quodam teneantur cognoſcendæ ſcripturæ deſiderio: quapropter multos ita putare, ſi conditiones à Luthero jam dudum propoſitæ rejiciantur, & Eccleſiaſtica poteſtas vim ſuam in illum convertat, indicta cauſa, fore, ut multò magis omnia exaſperentur & poſt ad compoſitionem res difficillimè deduci poſſit: illius enim ſic eſſe plurimorum animis infixam doctrinam, ut, niſi legitimè tractetur, & ſcripturæ ſacræ teſtimonijs ac ſolidis argumentis doceatur error, maximi ſint per Germaniam & pleni diſcriminis orituri motus, unde nec ad Pontificem, nec ad quemvis alium ulla ſit utilitas reditura.

Hiſce Friderici literis acceptis Leo Pontifex ad eundem ſcribit.

d.ſ.27.p.21 *Quod nihil habeat cum Luthero commune, homine prorſus impio, valde ſibi gratum eſſe dicit: antea ſe præclarè ſemper de ipſo propter virtutis opinionem ſenſiſſe: cum autem viri graves hoc ſibi conſtanter nunc affirment, non mediocriter auctam eſſe, qua ſit ante complexus eum, benevolentiam: nimirum hoc ita decere ipſum, ejusq; totam familiam, quæ magnum ſemper honorem Eccleſiæ Romanæ detulerit: ſingularem quoq; prudentiam ipſius ex eo ſatis apparere, quod intelligat, non illum à Chriſto, ſed ab humani generis hoſte Sathana in Orbem terrarum immiſſum, qui ad inſaniam usq; ſit ambitioſus, qui & Viclevi & Husſi & Bohemorum hæreſes ante damnatas reſuſcitet, qui popularem auram captet, qui falſa Scripturæ interpretatione ſimplicibus occaſionem peccandi præbeat, qui continentiam profliget, qui delictorum confesſionem & huic annexam pœnitentiam enervet, qui Turcas favore proſequatur, qui prophanis & impuris vocibus omnem Eccleſiæ diſciplinam evertat, qui pœnas hæreticorum deploret, breviter, qui conetur ſumma miſcere profundis & ſacra prophanis, qui ſit eò ſuperbiæ progreſſus atq; dementiæ, ut conciliorum & Pontificium Romanorum authoritate contempta, ſuam unius opinionem audeat omnibus aliorum judicijs anteferre: prudenter itaq; factum eſſe, quòd homini tàm peſtilenti non ſit familiaris, quod nullum ipſius errorem approbet, quod majorum ſuorum moribus inſiſtat, cum ejus rei mentio ſit apud viros graves atq; peritos, magnopere ipſius commendari virtutem: ſe verò imprimis agere magnas gratias Deo, quod talem ei mentem dederit: toleraſſe aliquam diu proterviam illius ac temeritatem, ea ſpe, fore, ut ad ſanitatem rediret:*

Decretum Leonis pontificis adverſus Lutherum vid ap. Sleidan. d. lib. 2. f. 27.

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD
PACEM RELIGIONIS
DE ANNO cIↄ Iↄ LV.
PROPOSITIO QUINTA
PRÆSIDE
GOTTFRIDO SUEVO D. & P.
RESPONDENTE
CASPARE TILEMANNO WESNERO Hal: Sax:

I

NObilis & implicata quæſtio eſt. An patronus Auguſtanæ Confesſionis, ſuæ Religionis miniſtrum præſentare: Eumq; Collator Pontificius præciſè inſtituere teneatur. Affirmativam defendunt *Mindan. de Proceſſ. extrab. lib. 1. c. 29. Sect. 4. & Schonborn. lib. 3. Polit. c. 6. verſ. Jurisdictio Eccleſiaſtica* ex unicâ illâ ratione, quia per Pacem religioſam, ſuſpenſa ſit Jurisdictio & cenſura Eccleſiaſtica. Quæ ratio ſufficiens haud eſt. Nec inde, quod volunt ſequitur, poſſe alicui invito alienæ Religionis Paſtorenſive miniſtrum verbi obtrudi: Sic n. collator

Digitized by Google

Pontificius in libero ſuæ religionis exercitio turbaretur contra Pacificationem religioſam in s. und damit ſolcher Friedt &c. s. damit auch obberührte Præterea Patronus; qui interdum privatus & ex dotatione, fundatione, ædificatione jus patronatus adeptus eſt: nullam omnino Jurisdictionem in Parochianos, multò minus poteſtatem mutandæ religionis habet, cum hæc ijs tantum competat, qui immediate ſubſunt Imperio, & ſuperioritatem territorialem in loco exercent: ita ut cujus Regio eſt ejus etiam Religio ſit, quæ Dominum territorij ſequitur: Et hanc negativam rectè tuentur *Spring. de Pace Relig cap. 11.* ubi aliquot præjudicia recenſet idem, ſibi contrarius apud *Arum. de Pace Relig. diſcurſu 10. th. 29 lit. g. Cranius de Pac. Relig p. 1. problem 9. Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 3. claſſ. 1. n 20. & ſeqq. Wurmſer. Exercit. 5. de 3. p. theſ. 17. Finckelthus de Jure Patronat. c. 6. n. 73. & ſeqq.* Quod ſi Patronus ſimul ſit Dominus territorij & religionis mutandæ poteſtatem habeat. Collator Pontificius eum, quem præſentaverit inſtituere cogitur, Et in his terminis affirmativa opinio procedit.

II

Tempus ſemeſtre vel quadrimeſtre datum Patronis ad præſentandum Eccleſiæ miniſtrum, non mox â die vacationis, currit, ſed demum â die notitiæ per *text. expreſſ. in c. 5. X. de conceſſ. præbend. c. 3. verſ. mandamus X. de ſupplend. neglig. prælat. Clem un. de conceſſ præbend.* Ignoranti enim nulla culpa imputari poteſt, nec tempus currit, non agere valenti. *Spring de pace relig. c. 11. pag. 115. Idem ſive Springer. de P. Re. 11. p. m. 115. Cran. de P. R. p. 1 problem 9. connexo 1.*

III

Civitates Imperiales, Jura territorialia habent: quicquid in contrarium disputet Andreas Knichen, quêm Principum mercenarium appellat *Limnæus de J. p lib 7 c. 1.* ejusdemq; argumenta refellit. Status enim Imperij ſunt, proprium territorium habent, adeoq; & Jura territorio annexa. *Wurmſer Exercit. J. P. 3. thes. 18.* Non minus itaq; ac cœteri Principes & Status libero & publico Religionis exercitio fruuntur. R. Abſch. de anno 1555. § nach dem aber in vielen freyen und Reichſtädten. *Inſtrum. pac. Cæſar. Svec. c. 5 n. 11.*

IV

Ad Senatum tamen, Civitatum Imperialium, non ad ſingulos cives, liberum ac publicum religionis exercitium pertinet. Unde Senatus Pontificiæ Religioni cum cœterâ univerſitate addictus, Civibus aliquot, Publicum Auguſtanæ confeſſionis exercitium concedere non tenetur, uti quondam in causâ civium Colonienſium anno 1588. agitatum civibusq; id *petentibus* â ſenatu negatum fuit; Cives enim ſinguli, non ſunt Status, nec ſuperioritatem territorialem habent, nec mutandæ religionis poteſtatem. *Juſtus Springer. de P. R c. 10 p 99 Cran de Pac. Relig. p. 1 problem 3. Exam. Edicti de Pac. Relig. quæſt. 7. Wurmſer. Exerc. 3 P. 5. theſ. 6.*

V

Cum itaq; civitates Imperales Jura publici Religionis exercitij habeant, utiq; Religionem mutare poſſunt, ſive tempore Pacificationis religioſæ in poſſeſſione exercitij Auguſtanæ confeſſionis fuerint ſive minus, poterunt tamen veteri religione deſertâ novam amplecti. Cum in genere poteſtas mutandi Religionem Statibus adeoq;

Digitized by Google

adeoq; etiam Civitatibus Imperialibus conceſſa ſit, Gylmann. Symphor. ſupplic. p. 1. tit 3. vot. n. 27.

VI

Quod ſi in civitate quadam Imperiali, utriusq; Religonis Exercitium introductum & receptum ſit, permanere utrumq; absq; ulla alterius partis turbatione debet Reichs A. de Anno 1555. nach demaber in vielen frey- und Reichsſtädten/ibi, So ſollen die hinfüro auch alſo bleiben. Unde Gylmann. loco. allegato, ſi unius ſaltem religionis exercitium in Civitate quadam vigeat. Senatum, invitis quoq; civibus novam Religionem inducere poſſe, concludit. An autem ad fidem & Religionem cogi quis poſſit Theologi & Poliitici disquirunt & rectiſſime negant, cum dominium illud in conſcientias ſoli Deo ſit reſervatum piè cenſente Stephano Rege Poloniæ verbis tamen & rationibus fidem perſuadere & ad auditum verbi divini cogere, non eſt improbatum vide *Timpler. lib 4. polit. c 2 quæſt. 3.*

VII

Nobiles immediate Imperio ſubjecti, in Pacificatione Religioſâ comprehenduntur, R. Abſch

de Anno 1555. §. und in ſolchen Frieden adde Pacis Osnabr. Inſtrum. Cæſareo Suec. c. 5. §. jus Diœceſanum 16. Quanquam enim hodie Status non ſint, nec in matriculâ Imperij reperiantur, nec ad comitia imperij vocentur vid *Wurmſer. Exercit. 1. de J. P. theſ. 17.* Sed huic vocabulo, quod olim ijs competijſſe, ex Aureâ Bullâ Caroli IV. in præfat. & Reformat. Friderici III. Francof. de Anno 1442. conſtat, *voluntariè, ne Scl.* communia cœterorum Statuum onera ferre cogerentur, renunciarint, non tamen ad omnia Statuum privilegia, renunciatio hæc extendenda eſt. Ideo & Jura territorialia, *ipſis,* tanquam immediatè ſubjectis Imperio, qui nullum niſi Imperatorem in territorio ſuo recognoſcunt, denegari haud poſſunt. vid. VVurmſer. Exerc. I. P. 5. th. 19.

VIII

Quod ſi Nobilis aliquis immediatè ſubjectus Imperio ratione ditionis alicujus, *Principi* Pontificiæ Religioni addicto ſubſit. Religionem in eâ mutare, publicumq; Auguſtanæ confeſſionis exercitium introducere non poterit.

Digitized by Google

Non enim in eà ditione ſuperioritatem territorialem habet: Sed principi ut Domino territorij ſubeſt. *Gran. d. Pace Relig. p. 1. problem. 3.*

XI

Privatum tamen Religionis ſuæ Exercitium domi ſuæ pro ſe & familiâ ſuâ per miniſtrum verbi divini habere non prohibetur. Cum ratione perſonæ, ſit immediatus, nemini niſi Imperatori ſubjectus, licet ratione ditionis, Principi ſit ſubditus; adeoq; publice circa religionem aliquid mutare & inducere non poſſit.

X

De cœteris Nobilibus vel Landſaſſijs, & alijs qui Proteſtantium Religioni addicti, & Statui cuidam Catholico ſubjecti ſunt, ab eodem ex conniventià quâdam tolerati major eſt controverſia, an cultum divinum privatim exercere poſſint, quam quæſtionem omnium ſcrupuloſisſimam & in ſupremo Conſiſtorio operoſisſimè utrinq; diſputatam dicit Juſtus Springerus de Pace Relig. c. 7. Affirmativam defendit. *Min*

dun

dan. lib 1 de Proc. extrah. c. 30. & in eandem inclinant plura Cameralium vota ap. *Gylmann. in Symphorem ſupplic. tom 1. p. 2 vot 5* ex hàc potiſſimum ratione, quod emigrandi beneficium Proteſtantibus indultum, non ſit neceſſitatis, ſed arbitrij & voluntatis. Verum non ſequitur inde quod ſubditi Proteſtantes privatum Religionis exercitium habeant; & Jurisdictio Eccleſiaſtica tantū ſuſpenſa eſt quoad ſtatus Auguſtanæ confeſſionis eorumque ſubditos, non quoad alios Pontificio Magiſtratui ſubjectos, Imò ipſi Proteſtantes, Catholicis illam Religionis libertatem non concedunt. vid. Springer d. loc. ubi ſub. fin mentionem facit Edicti Caroli V. de anno 1530. in quo Proteſtantium quorundam iniquitatem improbat, uſu Religionis antiquæ ſubditis interdicentium, Idemq; ad noſtram Religionem applicandum, totam verò Quæſtionem generali Statuum Conventu dirimendam eſſe dicit. confer. quæ idem habet ap. Arum. th. 30.

APPO-

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA.

Sive

Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS

Lutherus, ubi ſe damnatum Romæ cognovit, repetit appellationem priorem quâ à Pontifice provocavit ad Concilium d. 17. Novembr. Ann 1520. Et, ait.

f. 28. p. 2.

Quia Pontifex in tyrannide & impietate ſua permaneat, eoq; licentiæ procedat, ut ſe nec vocatum nec auditum, nec erroris convictum damnet, ait, ſe rurſus ad Concilium ab eo provocare, quatuor potiſſimum de cauſis, quod videlicet non audita controverſia, non convictum pro ſua libidine damnet, quod fidem in ſacramentis neceſſariam à ſe jubeat abnegari, quod ſuas opiniones & merè humana deliria ſacris literis anteponat, quod Concilio nullum relinquat locum, itaq; temerarium vocat illum & præfractum & tyrannum, & ſuperbum Eccleſiæ contemptorem, & Antichriſtum deniq;: hæc autem omnia, quandocunq; ſuis majoribus viſum fuerit, demonſtraturum ſe dicit, eoq; Cæſarem ac reliquos Magiſtratus orat, ut gloriæ DEI & libertatis Concilij tuendæ cauſa, provocationem

K *hanc*

hanc ſuam admittant, ut illius tyrannidi frenos injiciant, ut decretum ab eo factum nihil ad ſe pertinere putent, nec aliquid moveant, donec legitimè cauſa fuerit diſceptata.

Poſt coronationem Caroli Vti Aquisgrani Anno 1520. d 22. Octobr. peractam; dum Coloniæ, Agrippinæ degit Cæſar; Pontifex per Marinum Caracciolum & Hieronymum Aleandrum denuò ſollicitare cœpit Fridericum Principem. Illi

f. 31. p. 1. *In ipſius atq; etiam ejus familiæ laudem nonnulla præfati, & commemorato periculo, quod propter Lutheri ſcripta longè teterrima jam impendeat Germaniæ, duo tandem petebant: Primum, ut illius omneis juberet exuri libros, deinde ut ipſum vel capite plecteret, vel cuſtodiæ datum, Pontifici ſiſteret*

Ad ea Fridericus reſponderi juſſit.

f. 31. p. 1. *Omninò ſibi præter opinionem accidiſſe, quod ejusmodi rem Pontifex ab ſe petat, qui ſemper hoc elaborarit, ut majorum virtute atq; ſplendore nihil committeret indignum, utq; fidelem operam, Imperio, & ſuam Eccleſiæ præſtaret obſequentiam: audire ſe, interea, dum ipſe domo abſit in reipub. negocijs occupatus, Eccium non Luthero tantùm, ſed & alijs quibusdam ſuæ ditionis viris doctis voluiſſe, contra Pontificij decreti ſeriem atq; modum, creare periculum: quam ſanè rem, pro eo ac decet, moleſtè ferre debeat, hominem videlicet privatum, in aliena provincia tantùm ſibi ſumere: quid Lutherus aut etiam alij, per ſuam abſentiam fecerint poſt allatum illud Pontificis Decretum, non ſibi conſtare: fieri enim poſſe, ut provocationem ejus plerię; comprobarint: ſibi quidem nihil unquam fuiſſe cum illius cauſa commune, & ne nunc quidem eſſe:*

eſſe: quod ſi minus rectè doceat, magnopere ſibi diſplicere: ante biennium ſua ſollicitudine & opera perfectum, ut ſermonem cum eo Cajetanus Auguſtæ conferret: tunc quidem ipſos non potuiſſe convenire, & Cajetanum datis ad ſe literis graviter fuiſſe conqueſtum: ſe verò tunc ita reſpondiſſe, ut ſatisfactum eſſe putet, imò ſuſpitione tollendæ cauſæ voluiſſe tùm ab ſe dimittere Lutherum, niſi Miltitius obſtitiſſet: Richardum quoq; Trevirenſem Archi epiſcopum ad eam rem à Pontifice delectum poſtea, & Lutherum quidem velle quocunq; loco juſſus fuerit, ſiſtere ſeſe, modo rectè caveatur: adeo quoq; prolixè & amplè polliceri, ut nihil ſupra: viros bonos & eruditos ita ſentire, non ſua quadam ſponte, ſed incitatum ab Adverſarijs illum eo usq; prodijſſe: nondum à Cæſare nec ab alijs etiam auditum: ſcripta illius ita eſſe convicta vel erroris vel impietatis, ut aboleri debeant: alioqui ſe pridem fuiſſe facturum boni Principis officium: petit igitur, ne ad hunc modum agant, ſed potius efficiant, ut delectis aliquot viris literatis atq; bonis, amanter & placidè de re tota conferatur, ut Luthero rectè caveatur, nec ipſius libri comburantur, prius, quàm cauſam ſuam dixerit: quod ſi firmis Scripturæ teſtimonijs & ſolidis argumentis fuerit convictus, tùm ejus inſtitutum minimè ſe probaturum: & ut inferior ille ſit futurus, totaq; cauſa cadat, ſperare tamen, Pontificem à ſe nihil, quod minus honeſtè facere queat, eſſe poſtulaturum: in cæteris rebus omnibus facturum ſe beneficio DEI, quod Imperij Principem & obſequentem Eccleſiæ filium deceat.

Eo dato Reſponſo deputati Pontificij reponunt & commemorant

Quam multa Pontifex feciſſet ac toleraſſet, quo Lutherus in viam aliquando rediret: illum verò nihil eorum quæ pol- f.31 p.1.

lici-

licitus erat, feciſſe: non eſſe jam Trevirenſis Epiſcopi de eo cognoſcere, quandoquidem Pontifex ad ſe cauſam revocarit, ad quem unum pertineat de rebus ejusmodi judicare. Exitus orationis erat, ut ex formula decreti Pontificis agendum ſibi dicerent itaq; Lutheri lucubrationes non multò poſt incendunt & exurunt.

Quo cognito Lutherus convocatâ omni multitudine Scholaſtica Wittenbergæ, Jus Pontificium, & illud nuper evulgatum Pontificis Decretum, palam incendit Decembris die decimo Editoq; deinde ſcripto, facti ſui rationem exponit.

f. 32 p. 1. *Ejus ſcripti contenta recenſet Sleidanus lib. 2. fol. 32.*

Fridericus Princeps apud Cæſarem ad agendos Wormatiæ Conventus euntem id effecerat; ut, velle ſe Lutherum evocare & coràm audire diceret quod, ubi è Friderici Literis cognovit Lutherus: in hunc ſenſum reſcribit ſub exitum Januarij:

f. 32. p. 2. ſub fin. *Vehementer ſibi gratum eſſe, quod Cæſar, hujus cauſæ, quæ publica ſit, cognitionem ad ſe recipiat: ſe quidem omnia quæ ſalva conſcientia poſſit, & Evangelij doctrina, facturum. Orat ergò, det operam; ut contra vim omnem atq; periculum ſibi rectè caveatur, ut viri boni deligantur & eruditi, quibus cum agat, ut ne gravius aliquid contra ſe prius decernatur, quàm ſit erroris convictus & impietatis: ut interim ab illa rabie deſiſtant Adverſarij, neq; ſuas lucubrationes exurant, & ſi quid poſt hac pro gloria DEI, pro veritate ſuſcipiendum*

Digitized by Google

endum erit, ut hoc ſibi per Cæſarem liceat; ubi Cæſar idoneè caverit, venturum ſe Wormatiam, & ibi coram æquis Judicibus, ita ſuam cauſam eſſe acturum, ut omnes intelligant, nihil à ſe factum eſſe protervè, ſed pro Republica, maximè verò pro Germaniæ ſalute laborem hunc omnem ſibi ſuſceptum eſſe, nimirum, ut à multis graviſſimis erroribus, ad ſanam & puram doctrinam homines revocentur. Orat etiam, ut & Cæſar & ipſe ad immanem illam ſervitutem & orbis Chriſtiani miſerrimum ſtatum, ſub Pontificatu Romano, reſpiciant.

Sollicitante ita Friderico Carolus V. d 6. Martij literas ad Lutherum dat

Quoniam libri quidam ab eo ſint editi ſe, communicato cum Principibus conſilio, velle cauſam ex ipſo coràm cognoſcerè: itaq; poteſtatem ei facere ad ſe veniendi ac deinde redeundi domum: utq; hoc ei tutò liceat publica ſe fide præſtiturum, ut ex eo ſcripto quod ſimul mittat, plenius videri liceat: jubet igitur, ut ſe ſtatim det itineri, & intra vigeſimum primum diem adſit; nec eſſe, quod vim, aut injuriam metuat, ſe curaturum, ne quid omninò ſit fraudi. f.33.p.1.

Ita evocatus Lutherus Wormatiam venit, d. 16 Aprii poſtridiè coram Cœſare ac frequenti Principum concilio conſtitit

Quid ibi inter Eccium JCtum, & Lutherum: cui comes tunc aderat, Hieronymus Schurfius JCtus Wittenbergenſis hinc inde actum fuerit, ex Autore repete lib.3.f 33. & ſeq. f.33.p.2.

Finito iſto colloquio Poſtridiè Cæſar Epiſtolam mittit in concilium Principum

Majores ſuos & Chriſtianam religionem eſſe profeſſos, & Eccleſiæ Romanæ ſemper obtemperaſſe: cumq; Lutherus nunc f.35.p.2.

eam oppugnet, ac ſententia ſua pertinaciter inſiſtat, officium ſuum poſtulare, ut anteceſſorum veſtigijs immoretur & religionem Chriſtianam tueatur, ac ſimul Eccleſiæ Romanæ ferat opem: Proſcripturum igitur eſſe Lutherum atq; ſocios, & alijs uſurum ſe remedijs, ad incendium hoc reſtinguendum idoneis: quam autem ipſi dediſſet fidem, eam ſe ſervaturum, ut ſalvus & incolumnis domum revertatur.

Hâc Epiſtolâ emiſsâ, cum pleriq; è Senatu Principum, non temere damnandum eſſe Lutherum cenſerent, Trevirenſis Epiſcopus Luthero diem indicit ad 24. April: cumq; coram illo nec non Joachimo Electore Brandeburgico. Georgio Saxoniæ Duce Auguſtano Epiſcopo & alijs Proceribus comparuiſſet, Væus JCtus Badenſis, de ſcriptis Lutheri, eorum revocatione multa præfatus in hunc modum concludit

f.36. Qui coram adſunt Principes, magna ſane virtute viri, ſingulari quadam erga Rempublicam charitate, & privatim tua quoq; ſalutis gratia, de his rebus omnibus te voluerunt admonere: nam profectò ſi ſententiam pertinaciter urgebis, deq; propoſitio nihil remittes, futurum eſt, ut Cæſar, qui jam non obſcure, quid ſui ſit propoſiti, oſtendit, extra fines Imperij te rejiciat, nec in Germania ſedem ullam tibi eſſe patiatur: quo tibi de tua fortuna cogitandum eſt diligentius.

Ad ea cum priora reponeret Lutherus varijsq; in eandem ſententiam factis admonitionibus

nibus cum apud eum nihil proficeretur:
Eccius Epiſcopi Trevirenſis mandatu
Lutherum adit Et

Quoniam Cæſaris atq; Principum admonitiones repudiaſti, faciet, inquit, Cæſar deinceps, quod erit ipſius officij, & nunc quidem tibi mandat, ut hinc è veſtigio diſcedas, & in reditum dies viginti & unum tibi largitur: quam etiam fidem tibi dedit, eam ſervabit inviolatam, & hoc inſuper mandat, ut domum profectus, neq; ſcripto neq; voce Populum in via commoveas. f. 39. p. 2.

Poſt paulò Cæſar, qui annum ætatis 21. tunc exceſſerat publico decreto Lutherum d. 8. Maij proſcribit, Et

Sui eſſe officij, ait, non modo ſtabilire Imperium & amplicare, ſed providere etiam, ne qua labes aut hæreſis intra fines Imperij naſcatur: & majores quidem ſuos in hanc curam diligenter incubuiſſe: multò igitur eſſe æquius, ut ipſe, cui tantam tamq; latè patentem ditionem DEUS conceſſit illorum veſtigijs inſiſtat. Nam ſi recens in Germania natas hæreſes non coherceat, fore, ut & Conſcientiam ipſe ſuam lædat, & in hoc regni ſui primordio maximam nominis indignitatem ſibi conciliet: notum eſſe dubioprocul omnibus, quam impia dogmata Lutherus nunc aliquot annis divulgarit: ea repermotum Pontificem maximum, Leonem decimum, ad quem ejusmodi cognitio propriè pertineat, nihil non tentaſſe, ut ad ſaniorem mentem illum revocaret, & principio quidem leniſſimis uſum fuiſſe remedijs: verùm, ubi nihil profecit, ad eas rationes, quæ legibus & majorum Decretis continentur, veniſſe, certumq; denunciaſſe tempus, intra quod errorem deponeret, gravi conſtitutâ pœna, niſi pareret; Illum verò f. 32. p. 2.

pon-

non ſolum non obtemperaſſe, verum etiam atrociores edidiſſe libros: cum autem graviter ipſe à Pontifice urgeretur, ut Eccleſiæ ſuum præſtaret officium, ac hominem nocentem cohiberet, decretum illud evulgaſſe Pontificis: verum ne ita quidem illum eſſe factum meliorem, imò tunc primum cœpiſſe furere, & editis libris nihil quàm ſeditiones, bella, diſcordias, incendia, cædes atq; rapinas contineri: Patrum & Conciliorum ab eo contemni authoritatem, & Conſtantienſi Concilio magnam inprimis fieri contumeliam, quæ quidem non ſolum ad ejus ætatis viros ſanctiſſimos, verum ad Sigismundum quoq; Cæſarem & ad ſenatum Principum pertineat: immanitatem ipſius atq; rationem nullius oratione ſatis explicari poſſe: non hominem eſſe qui ſic agat, ſed dæmonem potius, humana ſpecie his ergo de rebus cogitantem ſe magnopere perturbari atq; dolere, pro ſuo erga Rempublicam & dignitatem Pontificiam affectu: ideoq;, ne vel majorum ſuorum virtute, vel ſuo ſplendore atq; munere aliquid admittat indignum congregationem feciſſe omnium Imperij Principum ac Ordinum & communicato Conſilio, rem omnem graviter & diligenter expendiſſe; & quanquam legibus cautum ſit, ne manifeſtus hæreticus, toties damnatus & ab Eccleſiæ communione ſemotus audiatur, tamen, ne quis ulli calumniæ locus eſſe poſſet, datis literis & emiſſo Caduceatore ac publica interpoſita fide, illum accerſiviſſe, ut coram ſui facti rationem explicaret: poſt, ordine commemorat quid ſit actum Wormatiæ, tùm publicè, tùm privatim, ut ſupra dictum eſt. Et quoniam errores ille ſuos pertinaciter defendat, decretum illud Pontificis laudat, ejusq; vindicem ſe forè profitetur. Itaq; & ipſe proſcribit, & mandat omnibus, ut poſt XXI dies quos ad reditum & conceſſerit, quisq; det operam, ut illum capiat, & captum in ſuam poteſtatem perducat: eos verò, qui quocunq; modo faveant aut operam ei ſuam communicent, aq; proſcribit libros etiam aboleri jubet, & librarijs inpoſterum gravem conſtituit pœnam.

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE

THESIUM SECULARIUM

AD

PACEM RELIGIOSAM

DE ANNO CIↃ IↃ LV.

PROPOSITIO SEXTA

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.

RESPONDENTE

JOHANNE GEORGIO PASCHA

Dreſdâ-Miſn.

I.

SUſpenſâ in terris Proteſtantium Jurisdictione Eccleſiaſticâ, de Precibus primarijs quæri ſolet: An Imperator poſt pacificationem Religioſam eas exercere, earumque vigore in Collegijs Eccleſiaſticis Proteſtantium perſonam aliquam ad beneficium vacans præſentare, & ut recipiatur jubere poſſit. Formulam precum primariarum refert *Goldaſt.Tom.I. Conſtit.Imperial.f.406.* & ex eo Tobias Paurmeiſterus de Jdict.lib. 1.c. 4. n. 45. Negativè quæſtionem ipſam decidit *Autor Conſilij, apud Matth.Steph de Jurisdict. lib.3.p.1.c.4.n.21.* cum Imperator, beneficium illud à Pontifice Rom. habeat. Ejus autem jurisdictio, etiam in bonis Eccleſiaſticis ſuſpenſa ſit, in Pacificatione Religioſâ, quoad Auguſtanæ confeſſioni addictos. *Syring.de Pa-*

Digitized by Google

ce Relig. theſ. 31. Quod concedimus de eo caſu, quando Imperator beneficium vacans in Pontificium aliquem conferre vult, de quo caſu, etiam loquitur *Cranius de Pac. Relig p. 1. problem.* 4. Si vero Proteſtantium Religioni addictum, Reformatis Eccleſiis & Capitulis præſentare velit, ita ut nihil fiat in Eccleſiæ illius præjudicium, nec hodiè Imperatori illa poteſtas deneganda eſt: cum privilegium hoc ipſi tanquā Nutritio, Advocato ſupremo, & capiti ſeculari Eccleſiæ competat, Krafft tragenden Käyſerlichen Ampts/non ex privilegio Papæ *Tob. Paurmeiſt.* dict. loc. n. 44. & 50. Reinking. de R. S. & E. lib. 3. claſſ. 1. c. 9. n. 50. & ſeqq. Et ad hunc modum nuperrimè confirmatum eſt jus primariarum precum, in Inſtrum. Pacif. Cæſ. Suec. c 5. §. 5. cujus ipſa verba ſubjungere placet. Ubi Sacra Cæſarea Majeſtas Jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam in poſterum, dummodo decedente Aug. Confeſſ. addicto in ejus Religionis Epiſcopatibus, Confeſſ. Aug. addictus, ad Normam Statutorum & obſervantiæ idoneus, precibus fruatur. In mixtis verò ex utraq; Religione ſeu Epiſcopatibus, ſeu alijs locis immediatis, precibus primarijs præſentatus, non gaudeat, niſi beneficium vacans, Religionis conſors poſſederit.

Calendarium novum à Pontifice Gregorio XIII. Anno 1581. introductum & Gregorianum ab Autoris nomine appellatum, Imperatori, & Statibus, Auguſtanæ cumprimis Confeſſionis invitis obtrudi non poteſt, quod faſtuosè tentavit olim prædictus Papa in Edicto ſuo cujus verba refert Matth. Steph. de juriſdict. lib. 3. p. 1.

c. 3.

Digitized by Google

c. 3 Quanquam enim ſtatum Religionis, aut fidem & conſcientiam id propriè & directò non concernat, quà ratione motiPontificij pro affirmativa militant, offenſionem tamen moleſtiam & confuſionem non levem pariti Auguſtanæ confeſſioni addictis; Qualis turbatio & moleſtiâ, quacunque in parte fiat, omnino prohibita eſt. R. Abſch. de Anno 1555. §. und damit & §. damit auch. Unde huic introductioni novi Calendarij, maſculè ſe oppoſuerunt Proteſtantes, in primis D. Auguſtus Elector Sax, qui delato ad Imperatorem per Cardinalem Tridentinum Madrucium, hoc Calendario Anno 1582. ad requiſitionem Imperatoris incommoda illius plurima prolixe expoſuit: *vid. Chytr. lib. 2. Chron. pag. 764. verſ. cum igitur Calendarium. vid. fuſius Cran. de Pac. Relig. p. 1. Problem. 6. Juſt. Springer. de Pac. Relig. c. 6. p. mihi 69. & ſeqq.* Ubi nec ipſum Imperatorem Calendarium hoc approbare voluiſſe, probat ex Epiſtolâ quadam Andreæ Gailij ad Amicum ſcriptâ; Mit dem newen Calender iſt es Narrenwerck / es haben die Käyſerl. M. Chur- und Fürſten / auff deß Bapſts begehren / den nicht halten noch annehmen wollen.

Cæterum de perfectione aut erroribus Calendarij Gregoriani ſive de conformitate cum calculo Aſtronomico dijudicandum relinquimus illis, qui artis ejus peritiam profitentur. Videantur Scaliger Calvis. Schmidius & alij & Epiſtola Mathematici Profeſſoris in Academiâ Gieſſenâ, quam refert Reinking. de R. S. & E. lib. 3. cl. 1. c. 2. n. 33. Notam autem Antichriſti eſſe, quod is dies & horas ſit immutaturus, non abnuimus, quod & Proteſtã-

tes non diſſimularunt in Apologiâ ſuâ contra Catholicorum gravamina Cæſareæ Majeſtati exhibita, ib. Deßwegen die Evangeliſchen den Bapſt / billich einen Antichriſtiſchen Verenderer der Zeit beſchuldiget. vid. Syring. ap. Arum. theſ. 32. lit. a. id. Juſt. Spring. de P. R. c. 6. pag. 70. Cranius de P. R. part. 1. problem. 6.

IV.

Penes Imperatorem, adeoque Politicam ſupremam Poteſtatem eſt, novum Calendarium inducere, ſicut Julius Cæſar fecit, & Julianum Calendarium, quo hodieque utimur, populo Romano propoſuit, non tanquam Pontifex, uti nugatur Johannes Buſæus Jeſuita in oratione quadam Moguntiæ habitâ; (Tales enim Pontifices tunc non fuerunt, nec ea, quâ hodierni, poteſtate pollentes, nec corrigendi temporis facultas iis competebat,) ſed tanquam Monarcha Imperij. vid. Juſt. Springer. de Pac. Rel. d. c. 6. pag. 70. Et cur non ſummo Principi tribuatur Jus illud edicendi Calendarij, qui & judiciorum omnium Præſes eſt, & Eccleſiaſticam jurisdictionem, quantum ad Externa attinet, jure exercet. *vid Dan. Ott. de Jur. Publ. c. 24. pag. mihi 705. Reinking, d. lib. 1. claſſ. 1. c. 2. n. 19. & ſeq.*

V.

An autem hodie Imperator Romanus, ſolus absque conſenſu Statuum, Novum Calendarium edicere poſſit, quæri poterat; Quæſitum id non meminiſſe ſe, ait, *Springer. de Pace Relig. ap. Arum. theſ. 32. lit. a.* ubi In utramque partem diſputat; pro negativâ quidem, quia amendatio & promulgatio Calendarij pro Lege univerſali cenſeatur, cujus ferendæ poteſtatem, Imperator ſolus

ſolus, inconſultis Ordinibus non habeat, maximè cum ordinatio iſta feſtorum dies ac inſtitutiones, adeoque religionis negotium concernat, in quo præjudicium inferre Statibus non poteſt Imperator ex pacto Pacis Relig. § damit/auch obberührte/ Pro affirmativâ vero, quia jure Majeſtatis Imperatori competat emendatio & promulgatio Calendarij, quod nec ipſi Proteſtantes diffiteantur, in Apologiâ ſuperius allegatâ, in verbis daß die emendation und reduction der zeit/ billich durch einen Römiſchen Käyſer geſchehen könne und ſolle. Deciſionem aliorum judicio ſe committere, ait Syring. d. l

VI

Nec noſtrum quidem eſt, tantas componere lites interim: (liberalis Exercitij gratia.) rationibus illis pro affirmativâ adductis hoc fortè reponi poterat; Multa Imperatori Jure Majeſtatis competere, quorum tamen exercendorum poteſtatem limitatam atque reſtrictam habeat, ex Capitulatione Cæſareâ; Ipſi etiam Imperatori ſoli mutandi Calendarij jus in Imperio Germanico competijſſe: nullibi probatur, nec jus illud Proteſtantes, proprium Imperatori transſcribere voluerunt in verbis Apologiæ antea allegatis, id potius ſentientes: Poſſe ab Imperatore emendationem illam ſuſcipi: eo, nimirum modo, quo plura alia in Imperio geruntur; adhibito ſcil. Statuum Conſenſu; Ideo in verbis dictæ Apologiæ proximè præcedentibus: generaliori vocabulo utuntur, das ſolches (nehmlich die enderung deß newen Calenders) ein Werck/ der weltlichen Obrigkeit zugehörig. Fortius itaque rationes pro Negati-

Digitized by Google

vâ adductas ſtringere exiſtimamus; Eamque ſententiam confirmant, imo ipſam Quæſtionem decidunt, verba nuperi Receſſus Imperij de Anno 1654. d. 17. Maji quæ ſubjungemus: Ob auch wohl mit und neben uns/ Chur-Fürſten und Stände vorgut befunden/ das in alle wege zu abwendung vieler Confuſionen/ unordnungen/ und Mißverſtändnüſſen/ ſonderlich an denen Orten/ wo beyderley Religionen in übung und vermiſchet/ zu nötiger beförderung der Juſtitz und Commercien in puncto Calendarij, eine gemeine Reichsvergleichung hochnötig/ ſo hat man ſich doch dißmahl auß gewiſſen Vrſachen weiter nicht vergleichen können/ als daß bey bevorſtehender Extraordinar Viſitation/ ob/ und was geſtalt bey unſerm Cammergericht/ und in der Stadt Speyer/ hierunter eine gleichheit einzuführen/ conferirt/ benebens die Handlung obbedeuter durchgehender Reichsvergleichung reaſſumiret und uff nechſter prorogirter Reichsverſamlung etwas gewiſſes ſtatuiret werden ſolle. Ex quibus facilè conſtat, Imperatorem, Electorum Principum & Statuum Imperij conſenſum in puncto Calendarij nequaquam excludere velle. Adde verba Epiſtolæ Andreæ Gailij ſupra allegatæ quæ refert Juſt. Spring. d. c. 6. p. 70. Wann man nun durchausgehende gleichheit allenthalben im Reich anrichten wolte/ mus ſolches mit vorwiſſen und verwilligung der Käyſl. Maj. und Stände geſchehen.

Senatus quoque Catholicus; Statum Auguſtanæ Confeſſionis, ſimul cum Pontificijs in civitate Imperiali

riali habitantem, ad obſervationem novi calendarij cogere non poteſt: Ideo Ann. 1583. cives Auguſtani reformatæ Religionis, in ſimili causâ, Die annehmung deß newen Calenderß betreffend, adverſus Senatum ibidem, mandatum cum clauſula impetrarunt, vid. Gylmann. rer. judicat. pag. 778. & ſeq.

VIII.

Interdum Magiſtratus inferior, à ſuperiore compellitur, ad ſuſceptionem Calendarij novi, quo caſu an inferior id poſſit facere ſalvâ conſcientia, Quærit Reink. de R.S. & E d. l.3. cl.1. c.2. n.27. & ſeqq. Et parendum potius quam reſiſtendum eſſe, cum diſcrimine Reip. & rebellionis periculò, rectè cenſet; cum mutatio feſtorum ac dierum cum ipsâ Religione nihil habeat commune, nec inter articulos fidei referatur, & adiaphorum ſit, nec contra fidem nec contra bonos mores, can. illa autem, diſtinct. 11. Dum tamen injungatur à ſuperiore, tanquam Politicum aliquod, non, ſub prætextu Pontificiæ dominationis, nec ut ea occaſione Religionis mutationem intendat ſuperior. Tunc enim nihil cedendum, ſed conſcientijs conſulendum eſt. Alias in Anglia apud Helvetios, Belgas, Sileſios, Luſatos, & alios Pontificiæ Religioni non addictos calendarium Gregorianum receptum eſt, pro arbitrio, & libertate absq; jactura ſuæ Religionis perinde uti jure Pontificio utuntur Proteſtantes.

IX.

In Camerâ Imperiali, Anno 1583. d. 14. Jun. pro Veteri ſive Juliano Calendario concluſum fuiſſe refert Gyl-

Digitized by Google

Gylmann.d.loc.& Atuor.deciſ.Cameral.Verbo Calendarium. Daß der alte Calender in ausbringung der Proceſſen ſolte gebrauchet werden. It. das in Narratis ſupplicat. Inſtrumentis & Apellationibus, die formalia nach dem alten Calender juſtificiret werden ſolten/ biß auf fernere Käyſ. Maj. und Stände Conſtitution. Quoad punctum autem feriarum, utrumque Calendarium in Camerâ attenditur Wehn. obſerv.pract.verb.Ferien.ubi per clauſulam illam, ausgeſchieden oder ausgeſchloſſen der Ferien, tantum majores ferias, *Nativ.. Dom.* Paſchatis, Pentecoſtes & Canicularium excludi ait, non verò minores.

X.

De Ferijs dum loquimur, id coronidis loco addimus. Legem Moſaicam de celebrando Sabbatho partim eſſe moralem, nimir. quoad tempus aliquod cultui divino deſtinatum, partim ceremonialem, nimir. quoad ſeptimum diem, ad quem ſoli Judæi erant adſtricti, quæ Lex, ipſum illum diem ſeptimum quod attinet, in Novo Teſtamenta præceptivè non eſt repetita: & ſubſtitutus dies Dominicus ab Apoſtolis, qui nullam Legem moralem abrogare vel mutare conſueverunt. vid. Reinking. de R.S.& Eccleſ.lib.3. claſſ.1.c.2. n. 5. ſeqq. ubi Weſenbecium diſſentientem in Parat. ff. de Ferijs n. 8. allegat, & ad ejus argumenta reſpondet.

APPO-

APPOSITIO HISTORICA:

Sive

RecenſioEpiſtolarum&Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS

Conventu Norimbergam indicto Anno 1522. Pontifex Adrianus, ad Fridericum Principem dat literas.

Gratum ſibi fuiſſe, cum de Conventu Norimbergæ audiret, gratiſſimum verò, cum ipſum eo quoq; venturum accepiſſet: Spem enim eſſe magnam, aliquid ibi decretum iri, quod ad reipublicæ ſalutem ac dignitatem pertineat: hanc etiam eſſe cauſam, cur de conſilio Senatus Cardinalium, legationem in Germaniam decreverit: voluiſſe autem interea, dum Legatus ille ad viam ſeſe comparet, Hieronymum Rorarium præmittere, cui mandarit, ut ipſum, quem valdè ſemper dilexerit, adeat, ſuumq; erga Rempublicam ſtudium ac voluntatem exponat, quemadmodum ex eo, qui ſubſequetur, Legato, copioſius ſit auditurus: Hortatur autem & petit, ut ipſe, qui ſit Imperij Princeps, cujus quidẽ in Imp. tutela verſetur Eccleſia Romana, diligenter elaboret, ac in medium ea conſulat, quæ ad dignitatem Eccleſiæ Apoſtolicæ & ad publicam tranquillitatem perti-

nebunt, in eoq; majorum veſtigia ſequatur; & quoniam in cæteris ab ipſorum virtute non degenerarit, ſperare ſe, ne hic quidem eſſe futurum ſui diſſimilem: Hieronymo etiam mandaſſe, de his rebus ut cum ipſo loquatur, cui & fidem haberi petit.

Idem Pontifex Adrianus ad reliquos Ordines Norimbergæ congregatos, has literas emittit.

Inde ab eo tempore, quo ſit ad Apoſtolatus officium delectus, nihil habuiſſe magis in votis, quam ut boni Paſtoris partes modis omnibus impleret, nec ullam ſui gregis oviculam ſineret longius aberrare, quantum quidem omninò ſua vigilantia & ſolicitudine fieri poſſet: ejusq; ſtudij ſibi Deum eſſe teſtem, qui ſe nihil tale meritum, præter omnem ſuam expectationem ad hoc munus evexerit: ut autem facilius, quo cuperet perveniri poſſet, vehementer hortatum eſſe Reges omneis atq; Principes, ut à civilibus bellis abſtineant, & ſi bellum ſit omninò gerendum, ut vim omnem atq; robur adverſum hoſtes fidei convertant: & quod aliis perſuadere ſit conatus, illud ſe præſtitiſſe: & Equitibus Rhodiis, quos Turcarum Cæſar dura nunc ſervitute premat, magnam pecuniæ vim ſubminiſtraſſe: Deinde ab externis periculis revocata cogitatione cœpiſſe mala domeſtica circumſpicere, & quidem magno cum animi dolore audire, Martinum Lutherum, qui ſæpenumero leniter & paternè monitus, tandem, cum nullum ſupereſſet remedium, damnatus ſit atq; proſcriptus à plurimis Academiis, à Leone Pontifice, tum etiam à Cæſare, & communi ipſorum voluntate, non modo non coherceri, verum etiam multò vehementius quam antea, graſſari, & novos quotidiè libros edere, quibus & religio

ligio Chriſtiana & vita honeſtas omnis enervetur: hoc etiam eò ſibi dolere magis, quod ex nobilitate complures ei favere, & nunc eousq; factam eſſe progreſſionem intelligat, ut Eccleſiaſticorum & dignitas per Germaniam imminuatur, poſſeſſiones etiam in diſcrimen veniant, & civile ſit extitatum bellum inter nonnullos: verè quidem à Paulo dictum, oportere exiſtere hæreſes, nunc autem eum eſſe rerum ſtatum, ut importuniſſimè hoc malum acciderit: Diabolum in hoc eſſe totum, ut nos plurimis calamitatibus involvat: ipſo nimirum authore & Turcicum furorem in nos longè latèq; graſſari, & ſimul hæreſin iſtam Lutheri, in Germaniam, fortisſimam gentem, invectam eſſe. De Turcæ potentia neminem eſſe qui neſciat, quanta ea ſit, & ut fortaſſe debellari posſit, nihilo tamen melius habituras res noſtras, quam diu domeſticus ille hoſtis non ſit expugnatus: multa ſe, cum eſſet in Hiſpania, de falſis Lutheri dogmatis audiſſe, & quanquam ſibi doleret, malum illud in ea regione natum videri, unde genus ipſe duceret, duabus tamen rebus animum ſe confirmaſſe: primùm, quod doctrinam illam adeò frivolam & impiam ſperaret à plerisq; omnibus contemptum iri, deinde, quod exiſtimaret, plantam illam peſtiferam, aliunde allatam, non eſſe radices acturam in ea regione, quæ ſemper procreaſſet hæreſium oppugnatores: cum autem longè diverſum acciderit, ſive juſto Dei judicio, ſive negligentia quadam, & eorum, qui maturè conſulere debebant, incuria, providendum ipſis eſſe magnopere, ne, dum lentius adhuc & remisſius agunt, videantur & obliti eſſe priſtinæ virtutis, & hoc tantùm facinus approbare: vehementer autem eſſe indecorum, tam fortem & conſtantem populum, ab ea religione, quam Chriſtus & Apoſtoli tradiderunt, quam tot Martyres ac præclari Viri, quam etiam Majores noſtri tenuerunt,

runt, deficere, authore & impulſore fraterculo, qui & ipſe plurimis annis eam ſecutus ſit atq; profeſſus: quaſi verò tot nunc ſeculis erratum ſit, quaſi Chriſtus, qui ſe nobis adfuturum confirmarit in perpetuum, Eccleſiam ſuam in tantis doctrinæ tenebris immorari permiſerit, quaſi ipſe unus tantummodò ſapiat, & in hoc ſit excitatus à Deo, ut totius Orbis errorem patefaciat: non dubium eſſet quin Viris prudentibus hæc admodum ridicula videantur, ſed tamen eſſe popularia & ventoſa, quiq; novis imperiis ſtudent, maximas inde occaſiones audendi aliquid captare. An non videant quid illi ſpectent, & quorſum evadant? hoc ſolum agi, ut ſub ſpecie libertatis Chriſtianæ, jus & æquum & leges omnes projiciant: Quomodo enim civilem Magiſtratum agnoſcant & obſervent, qui ſanctiſſimorum Pontificum & Conciliorum leges ignominiosè traducere, imò flammis abolere non dubitent? Certè, qui non ſint veriti ſacrilegium facere, qui res Deo conſecratas impuris & cruentis manibus diripiant, eos tandem ab aliorum etiam facultatibus temperaturos quis credat? Qui ſacerdotes non ferire tantùm, ſed & trucidare audeant, eoſdem haud dubiè cogitare & paratos etiam eſſe, violare quemcunq; alium ordinem: fore tandem, ut in ipſos adeò Principes eorumq; liberos & uxores familias & poſſeſſiones hæc tanta licentia ſcelerumq; impunitas aliquando deſinat: rogare igitur & hortari, ſed & pro ſuo munere atq; poteſtate quàm habeat, tanquam Petri ſucceſſor & Chriſti Vicarius, poſtulare, ut omni depoſita offenſione & reconciliatis animis, incumbant diligenter, & ad commune illud atq; domeſticum incendium reſtinguendum accurrant, ut Lutherum videlicet piis rationibus ad ſanitatem reducant, aut ſi non poſſint, ut tùm ſecundum leges ac recens illud Cæſaris Imperijq; decretum, plectant: hoc enim pertinere non ſolum ad

elu-

eluendam illam maculam, quæ nunc inhæreat Germaniæ, ſed etiam ad plurimorum ſalutem, qui ex illius contagione multum accipiant incommodi: ſe quidem & natura & moribus & vitæ quodam inſtituto, magis ad clementiam, quàm ad ſeveritatem ullam inclinare: ſed quoniam hic morbus non poſſit lenibus medicamentis curari, veniendum eſſe neceſſario ad vehementiora: ejus rei non unum extare teſtimonium & exemplum in ſcripturis, & majores ipſorum in Concilio Conſtantienſi rationem hanc ſecutos, & Joannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem, pro ipſorum merito vindicaſſe: quod ſi & ipſi hanc illorum imitentur virtutem, non defuturum eſſe Deum, & tunc etiam in majorem ſpem nos venire poſſe, depellendi à nobis Turcarum immanitatem: ſe quidem facultates omnes ac vitam quoq; pro ſalute ſibi commiſſi gregis impenſurū: cætera, quæ ad Lutherum pertineant, fore, ut ex Legato ſuo Franciſco Cheregato, Epiſcopo Aprutienſi cognoſcant, & orare, ut ei fidem habeant.

Formulam actionis ipſi Legato præſcriptam, vide apud Sleid. lib 4. in pr.

Legato reſponſum ex mandato Pontificis flagitante: habito conſilio reſpondent Principes & repetitis quæ poſtulaverant

Pergratum ſibi eſſe dicunt, ipſum voluntate Dei præfectum eſſe Eccleſiæ, quæ hoc tempore tàm acerbo, vehementer opus habeat tali curatore: quod etiam de ſua erga Rempublicam voluntate, de ſuſcepto labore pro componendis regum diſſidiis, de impenſis factis ad reprimenda Turcarum arma, nunciarit, magna ſe cum voluptate audiſſe, & ſummas agere gratias: nam certe civilibus iſtis bellis, & imperiis res omneis labefactari, &

 cru-

crudeliſſimi hoſtis Turcarum Imperatoris potentiam augeri, dum nulla, quæ reſiſtant, copiæ illi opponuntur: adeſſe Pannoniæ Regis atq; Procerum Legatos, qui non ſine ſumma commiſeratione recitarint, quam crudelia ſint paſſi, & quantis hodiè ſint expoſiti periculis: orare itaq; vehementer, ut ipſe, qui ſit Pater atq; Paſtor omnium, in hoc ſanctiſſimo propoſito perſeveret, & elaboret, ut aut firma pax, aut diuturnæ conſtituantur induciæ, quo rationes tandem iniri poſſint, & propellendi Turcarum impetum, & recuperandi amiſſas Imperij Provincias: eam ad rem neq; conſilio nec opibus defuturos ſeſe profitentur: Quantum ad Lutherum pertinet, ſi quid ex ejus doctrina ſit ortum incommodi per Germaniam, graviter illud & moleſtè, pro eò ac decet, ſeſe ferre, cupere etiam ei malo medicinam facere: nam ut ipſi atq; Cæſari morem gerant, id agnoſcere ſui eſſe officij, nec in eo velle à ſuis degenerare majoribus. Quod queratur, non eſſe de illo ſumptam pœnam ex formula decreti Cæſaris, id non levi de cauſa prætermiſſum: omneis enim ordines graviſſimè conqueri de Curia Romana; & pleroſq; omneis Lutheri concionibus atq; libris ita nunc eſſe eruditos, ut, ſi Decretum illud adverſus ipſum valere debeat, maxima ſit indubio procul oritura ſeditio, & fore, ut plurimi ſic interpretentur, quaſi eò fiat, ut oppreſſa veritate & extincta Evangelij luce, manifeſta vitia, quæ tolerari diutius aut diſſimulari non poſſunt, defendantur: quæ quidem perſuaſio certiſſimam ſit excitatura populi contra Magiſtratum rebellionem, negari enim non poſſe, ac ipſum quoq; liberaliter fateri, multa perperam ac vitioſè Romæ fieri cum maximo reliquarum gentium ac Provinciarum incommodo, nec abſq; detrimento religionis: quòd ergò non diſſimulet, neq; morbos excuſet Romana curia, quod emendationem quoq; promittat, & omnibus ex æquo jus redditu

Digitized by Google

diuturnum eſſe confirmet, ſummam id laudationem mereri, præſertim, ſi re ipſa, quod verbis & oratione pollicetur, præſtet; quod ut faciat, orare ſe plurimum: alioquin enim nullam firmam aut diuturnam poſſe conſtitui pacem. Bellis aliisq; multis impenſis ac tributis extraordinariis, Germaniam eſſe magnopere attenuatam, ita quidem, ut neceſſarios ut Rempublicam ſumptus tolerare, & Pannoniis, viciniſq; populis, auxilia ſubminiſtrare in Turcam vix ægrè posſit. Jam verò, quemadmodum Germani ſuperioribus annis permiſerint, ad Epiſcopi cæteriq; Præfecti Eccleſiarum, ad certum tempus, Pontifici Romano eſſent Vectigales: hoc ipſi non eſſe incompertum: intervenisſe tunc conditionem, ut ea omnis pecunia, cum bellum eſſet gerendum adverſus Turcam, erogaretur: ſed & jam pridem exiiſſe tempus illud pactum, & ipſius majores Pontifices Romanos collectam pecuniæ ſummam non eò contuliſſe, quò debebant: proinde, cum per imperii Provincias imperatur ſtipendium in bellum Turcicum, homines indignari & fremere, atq; ita ſentire, vim illam auri plurimis annis publicè collectam in hos uſus usq; ſervatam, huc impendendam, neq; ſubeſſe cauſam ullam juſtam, cur ipſi præterea graventur: petere igitur, ne poſthac ejusmodi cenſum exigat, ſed in Imperii publicum ærarium redigi permittat: ſic demum reconciliari poſſe multas per Germaniam offenſiones, & fore, cum opus erit, ut non deſint facultates ad ſuccurendum exteris nationibus, contra vim hoſtilem & impetum Turcarum: Quod inſuper conſilium ab ipſis petat in hac religionis mutatione, ſi quid pro ſua ſalute Reip. posſint in mediũ conſulere facturos id cùm libenter tùm ex officio: nunc ergò cùm non ſolùm de Lutheri dogmate ſit agendum, verum etiam de multis aliis graviſſimis erroribus atq; vitiis,

quæ

quæ longa conſuetudine robur aſſumpſerint, & depravatis hominum judiciis atq; moribus jam excuſentur, quod & ipſe fateatur, videri ſibi non aliam eſſe commodiorem viam hæc omnia ſanandi, quàm per pium liberumq; concilium, quod ipſe & Cæſar, præcipui orbis Chriſtiani magiſtratus, facilè poßint in aliqua Germaniæ civitate cogere, Moguntiæ videlicet, vel Argentorati, vel Meti, vel Coloniæ: fore etiam ex utilitate Reip. ſi primo quoquo tempore, & ad ſummum, intra annum ejus fiat initium: ſed hac lege tamen & conditione, ut omnes pariter qui intererunt, cujuscunq; ſint Ordinis, data fide per jusjurandum promittant, quicquid ad gloriam Dei & ad ſalutarem Reipublicæ conſtitutionem pertinere videbitur, ut id absq; diſſimulatione & liberè pronuncient. Nam fore alioquin, ut concilium habeatur ſuſpectum, & aliquantò plus deferat incommodi quam boni: quoq; magis id fiat, ſe daturos operam, ut Lutherus interim & alij nihil emittant librorum, in eoq; ſperare ſe, Fridericum Saxoniæ Principem, laudatisſimum Virum, ipſis velle gratificari: curaturos etiam, ut Concionatores nihil præter Evangelium doceant, idq; purè & modeſtè, juxta probatas ab Eccleſia receptas interpretationes: item ut pro Concione nihil dicant, quod populum vel adverſus Magiſtratum excitare, vel in errorem ullum abducere posſit: ad hæc, ut Controverſias graviores neq; populo admodum neceſſarias prætereant & ad Concilij notionem reſervent: ad eam autem rem cognoſcendam oportere conſtitui ab Epiſcopis homines idoneos, qui leniter illos, cum opus erit & ita caſtigent, ut ne qua poßit oriri ſuſpitio, quaſi conentur Evangelij curſum impedire: qui verò admoniti non obtemperabunt, iis hoc non fore impune.

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD

PACEM RELIGIONIS
DE ANNO cIↄ Iↄ LV.

PROPOSITIO SEPTIMA
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D.&P.

RESPONDENTE
NICOLAO DRECHSEL Schnebergâ Miſnico.

I.

AD Libertatem Religionis merito pertinet Beneficium emigrandi; cujus vigore ſubditi Statuum; qui eandem cum Magiſtratu. Sive Pontificiæ ſive Auguſtanæ Religioni addicto Religionem non profitentur, è ditione illâ, ad alia loca unà cum familiâ ſuâ; venditis prædijs & bonis ſuis, anteà ibidem poſſeſſis migrare permiſſum eſt, per Sanctionem expreſſam in Pacif. Relig. de Anno 1555. §. wo aber unſer. ibi Unterthanen der alten Religion/ oder Augſpurgiſchen Confeſsion anhängig; von ſolcher ihrer Religion wegen auß unſern/ auch der Churfürſten Fürſten und Ständen des heiligen Reichs Landen. Fürſtenthümben Stäten oder Flecken mit ihren Weib und Kindern/ an andere Orte zihen und ſich niderthun wolten/ denen ſol ſolcher Ab und Zuzug/ auch verkauffung ihrer

Haab und Güther unverhindert männiglichs zugelaſſen und bewilliget ſein.

II

Cum autem circa emigrationem hanc de periculo famæ & exiſtimationis, de ſervilis conditionis, ſive proprijs hominibus, Et de gabella, ſive jure detractionis ex bonis venditis quæri ſoleret: placuit Imperatori & Statibus omnia hæc decidere d. ſ. wo aber unſere. Nimirum, ut fiat emigratio illa, Salvâ emigrantium exiſtimatione, ibi, auch an ihren Ehren und Pflichten aller ding unentgolten ſeyn. Quem in finem emigranti, honeſtum Vitæ Teſtimonium denegari haud debet. Salvo etiam Dominorum ac Statuum in homines proprios emigrare volentes competente Jure ibi: gegen zimlichen billichen Abtrag der leibeigenſchafft cum, ſub Religionis prætextu, ejus conditionis homines Dominis Proprijs ſubtrahere ſe non debeant, Salvo deniq; Jure detractionis, ibi gegen zimlichen billichen Abtrag / der nachſtewer / quæ gabella cum diverſimoda ſit, puta, centeſima, quinquageſima, viceſima, decima &c. *vid Paul. Matthias Webner. in Pract. obſervat. verbo* Nachſtewr. ſolvenda hoc casū erit ſecundum conſuetudinem & quantitatem quovis loco introductam d. ſ. wo aber unſere / ibi wie es eines jeden Orths von alters her / löblich herbracht und gehalten worden iſt.

III

Interdum detractatio illa ſive gabella de bonis aliò transportandis: alicubi locorum non recepta eſt: Quæritur eo caſu: An Religionis cauſâ emigraturi, nihilominis aliquid eo nomine dependere cogantur: Affirmant

manc quidam, idq; ob favorem Religionis in loco receptæ quam temerè reſpuere videantur emigraturi: Negativa verior eſt, gabellam ſcil. non uſitatam in Loco nec ab eo peti poſſe, qui Religionis causâ venditis bonis emigrat. *Bruning, de Var. univerſit. Spetie b. concl. 20. lit. a.* Cur enim eo onere bona ob cauſam Religionis ab emigraturo alienata, præter Exemplum aliorum ex aliâ causâ diſcedentium, graventur: Cum nec illa mens ſit Conſtituentium in d. Pacis. Relig. d. §. wo aber unſere / qui potius, morem, quovis loco receptum attendi, nec in emigratione quæ ob Religionem fit; præter obſervantiam de novo aliquid introduci voluerunt, ibi, Leibeigenſchafft und Nachſtewer / wie es eines jeden Orts löblich hergebracht und gehalten worden /. vid. Syring. ap. Arum, theſ. 34. Lit. e.

IV

Ubi verò, pro conſuetudine loci Solvenda eſt gabella ab ijs, qui, ob Religionem vel aliam cauſam bona vendunt emigraturi. Quæſtionis eſt, an in computationem ejus mobilia & nomina, etiam illa, quæ diſceſſurus in alio territorio ſive diſtrictu habet, veniant: Affirmatur, cum nomina & mobilia non ejus loci, in quo exiſtunt, ſed ejus in quo Paterfam illas domicilium habet eſſe cenſeantur, adeoq; ad Patrimonium Loci poſterioris referantur, *vid. Rauchbar p. 1. quæſt 17. per tot.* ubi à JCtis Wittebergenſ. & Lipſenſib. ita reſponſum ait, & ſimilibus Exemplis, à mobilibus, marito Jure Saxonico debitis à confiſcatione bonorum, collectarum impoſitione, &c. quæ omnia, etiam mobilia, & nomina extra territorium

 ſita,

ſita, afficiunt, ut & rationibus alijs ſententiam hanc egregiè confirmat, & contraria diluit.

V

Spatium emigrantibus concedendum quod attinet. Pro more & Stylo Cameræ tenuioris fortunæ hominibus tres, quatuor quinq; vel ſex menſes ad vendendum bona, & emigrandum dari ait Juſt. Springer. de Pace Religionis c. 7. Verum cum nuſpiam id in Jure & Conſtitutionibus definitum ſit, inhæremus merito Regulæ in l. 1. §. ult. ff. de jur. de lib. & magiſtratus arbitrio committimus, qui pro qualitate perſonarum & fortunarum tempus emigraturis asſignabit, juſto adhibito moderamine, ne ſpatio nimii arcto concluſi bona ſua vilius diſtrahere cogantur: Spring. *d. loc. p 71.*

VI

Succedit Quæſtio ſcrupuloſisſima, & in ſupremo Conſiſtorio operoſisſime utrinque agitata ut *ait Juſtus* Springer: de P. R. c. 7. An Facultas hæc emigrandi ſit, mnræ voluntatis, an verò neceſſitatis: Id eſt, an ſubditus Auguſtanæ Confeſſionis, è territorio Pontificio libere migrare, aut ibi permanere poſſit: an verò emigrare neceſſariò & invitus cogatur. Prius illud rectè affirmant *Petr Friderus lib. 1. de Proceſs. c 30. p 128. Schönborn. Lib. 4. Polit. c. 6. Thom. Michael. de Jdict. concluſ 49. Syring d. Arum. th 35.* & in eo quidem, non diſſenſit anteà à ſe in Tract. de P. R. c. 7. ubi, dicit *Habent igitur Liberum, arbitrium vel emigrandi vel manendi.* Probatur hæc ipſa libertas emigrandi, ſatis

ſatis evidenter ex Pacif. Religioſá d. §. **wo aber unſere** &c. ibi. **mit ihren Weib und Kindern an andere Orthe ziehen und ſich niederthun wolten.** Quæ verba voluntatem inferre, non neceſſitatem cuivis obvium eſt: Idemque & antea ſenſerat Imper. Carolus V. in Receſſu. Imp. de Anno 1530. **und nach dem wir in unſern Keyſerl. Gemüth** Plures rationes addit. Syring. d. loc. Vid. prolixè Cran. de Pac. Relig. p. 2. problem. 1. ubi, contraria argumenta reſolvit.

VII

Altior autem & difficilior eſt illa Quæſtio, an ſubditus Auguſtanæ Confeſſionis ita in territorio Pontificio commorari poſſit; ut domi privatim ſuæ Religioni intentus degere, vel in locis vicinis, ubi Religionis ejusdem ſacra tractantur, eorum adminiſtrationi & concionibus publicis, absq; ullo periculi & injuriæ metu intereſſe queat, nec tamen, ſic ſegerendo, ad flebile illud & miſerabile aſylum confugere cogatur: *Veteres migrate coloni*, ut ait Syring. d. loc. Affirmat idem *P. Frid. d. lib. 1 c. 30. Gylman. deciſ. Camer. lib. 2 c. 50. Syring. d. th. 35.* (à quo aliud ſe olim inconſultæ juvenilis ætatis facilitate ſenſiſſe, in tract. de P. R. d. c. 7. adeoque re maturius perpensâ contra id, Prætoris beneficium implorare ſe ait d. th. 35. in fi.) Cui ſententiæ ſubſcribimus. Quanquam enim de privatâ ſubditorum libbertate circa Religionis negotium; in d. §. **wo aber unſere** nihil expreſſum ſit; menti tamen & Intentioni Statuentium congruum eſt, ſubditos ita tolerare, ut vel domi cultum divinum privatim, vel in vicinis locis publicè habeant; ad obtinendum illum finem ſibi propo-

 ſitum

ſitum, der Stände und Vnterthanen gemüther in Ruhe und vertrawen gegen einander zu ſtellen, ꝛc. in ſolcher vorgezogener Beratſchlagung. Eamq; mentem & intentionem fuiſſe Imperatoris Caroli V. ipſe profeſſus eſt, in Rec. Imp. de Anno 1530. ubi in §. Item etliche Obrigkeit / rigorem Proteſtantium improbat, qui ſubditis ſub pœna inhibent die Predigten des alten Glaubens in oder auſſerhalb ihrer Flecken zuhören noch in dieſelbige Predigt / oder Kirche zugehen / oder dem alten Glauben anzuhangen item in §. und aber ſolches &c. das ſolches nicht allein dem heiligen Evangelio und Göttlicher ſchrifft / ſondern auch dem alten löblichen herkommen und gebräuchen der Chriſtlichen Kirchen und Ceremonien zuwieder / auch unbillicher weiſe fürgenommen und beſchehen. Quod Imperatoris Judiciũ in Pontificios quoq; Status optimo Jure ſtringi poterit, iſta, quæ diximus. Auguſt. Conf. ſubditis non permittentes. Quam rationem cum admodum urgeat Springer. d. loc. eundemq; articulum (qui ſcil. in Judicio Carolino continetur,) per Conſtitutiones poſteriores abrogatum non eſſe, contendat: non admodum à Syringio, id eſt à ſeipſo diſſentit. Æquitati etiam & publicæ tranquillitati maximè conducibilem eſſe, illam, diſſentientium in Religione tolerantiam rectè deducit idem Autor in utroq; Scripto Confer. Cran. de Pace Relig. p. 2. problem. 2. & 3.

VIII

Sanè Judæi, in Imperio Rom. tolerantur. tt. Cod. de Judæis, Ordin. Polit. de Ao. 1530. 1548. 1577. nec, ſi tranquillè vivant, aliò cum Synogogis ſuis migrare compellun-

tur;

Digitized by Google

tur. Cur ergo Subditis Chriſtianis pacatè degentibus cultuq; ſuæ Religionis, ſine ſcandalo & offenſione utentibus neceſſitas emigrandi imponatur; An autē recipiendi ſint vel tolerādi in Rep. Chriſtianâ Judæi obiter hic quæritur? Breviter; recipiendi facilè non ſunt, Imo nec poſſunt à quovis recipi, niſi ab Electoribus ex A. B. c. 9. & hodiè à cœteris quoque Statibus, qui Regalia vel hoc in ſpecie privilegium ab Imperatore habent Ordin. Pol. 1548. & 1577. tit. von Jüden: Recepti verò tolerandi ſunt, nec temere ejiciendi l. 6. C. de Pagan. fortisſimis tamen conſtringendi vinculis, ne quid in Deum & Religionem Chriſtianam injurioſum aut in publicam utilitatem pernicioſum admittant. *vid. Reinking. d. R. S. & E. lib. 2. claſſ. 2. c. 3. n. 12. & ſeqq. Dan. Ott. de I. P. c. 9. pag. m. 64. & ſeqq. Althus. Polit. c. 28. Paul. Matth. Webner. obſerv. Pract. verbo.* Jüden. *vid. Crand. part. 2. problem. 3. in Connex. per tot.*

IX

Tolerati ita ſubditi Aug. Conf. in territorio Statuum Pontificiorum abſque ullâ vitæ, famæ vel rerum ſuorum offenſione, tuti vivere debent, dum ipſi contra quietem publicam nihil moliantur: Id verò ab omni Chriſtiana humanitate quam Longiſſime abeſt; defunctorum Evangelicorum corpora nec in Cœmiterijs, nec in hortis aut paſcuis, humari: ſed in ſepulta abjici; quod Juri gentium adverſarium eſt, teſte Cicerone, in Verrem. Imo humanum & pium arbitratus eſt, Imperator Martianus hæreticos quoque ſepeliri in l. humanus. 9. C. de hæret. Id enim, non homini, ſed humanitati præſtatur

imò

Digitized by Google

imò ipſi Deo, cujus ille fuit ſimulacrum vid. Nordermannus de Jur. principat theſ. 32. adde Schönborn lib 4. Polit. c. 5. Cran. de Pac. Relig. p. 2. Problem. 6. connex. 2.

X

Diverſas Religiones, in unâ eademq; Republicâ, aut uno eodemq; territorio tolerari poſſe, modo blaſphemæ non ſint; Saniorum Politicorum ſententia eſt: cùm & ipſe Deus in Republicâ ſuâ hujus univerſi, omnibus ſeculis diverſas religiones publicè exerceri paſſus ſit *Dan. Ott.* de J. Publ. c. 24. cum alijs ibid. allegatis. Quodq; tolerantia diverſarum Religionum nihil in publicam rem afferat incommodi: quin potius pacatam & à turbis ac bellis tutam præſtet, multis probari poterat. Et ſcitè Turcarum Imperator in hortum forte proſpiciens, varij & coloris & odoris flores nec ſibi moleſtos, nec varias Religiones Reip. ſuæ eſſe nocumento dicebat. vid. *Philipp.* Camerar. lib. 1. Meditat hiſtor. c. 58. Thuan. hiſtoriar. lib. 40. fol. 181. Schönborn. lib. 7. Polit. c. 6. Deniq; hæreticis pœnam ignis vel aliam ultimi ſupplicij *non ſemper* irrogandam, ſed gradus obſervandos eſſe, ita ut arbitrariè carcere, relegatione aut deportatione. In ſupremo autem gradu, puta, ſi hæreticos cœtus cogant, Epiſcopos creent, & animo malitioſo pernitioſas hæreſes inducant: ultimo ſupplicio puniantur: eleganter deducit *Cranius d. part. 2. problem. 6.*

APPO-

APPOSITIO HISTORICA.

Sive

Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS

Comitijs Norinbergam Anno 1524. indictis, Clemens Pontifex Legatum eò amandavit, Laurentium Campegium, Cardinalem: & datis ad Fridericum Saxoniæ Principem literis.

Pergratum ſibi fuiſſe, ſcribit, cum de hoc Comitio, cui & ipſe eſſet interfuturus, audiret: nam in maximam ſpem venire, poſſe aliquid in eo conſtitui, quod ſalutem adferat Reipublicæ: eaq; de cauſa mittere Campegium Cardinalem, magnæ virtutis virum qui & de ſua ſolicitudine ac voluntate erga Rempubl. Principes edoceat, & privatim cum ipſo de rationibus pacis colloquatur, ad quam procurandam, ut animam adjiciat, & adjutor ſit Legato, magnopere ipſum hortatur: nihil enim fieri poſſe hoc quidem tempore, magis vel pium vel neceſſarium, ac pertinere hoc ad ipſorum omnium, qui ſint in Magiſtratu, ſalutem ac dignitatem; valdè ſe ſtudioſum ac amantem eſſe Germaniæ, ac ſperare, illam non diſceſſuram à priſca virtute, ſed compoſitis atq; ſedatis offenſionibus, adfuturam eſſe publicis incommodis depellendis. Itaq; rogat, ut benevolentiam omnem & amorem Legato ſuo præſtet, à quo prolixius omnia ſit auditurus. Fol. 55.

Campegius Legatus, cùm Noribergam venit; Dux Fridericus jam abierat; Ideò literas Clementis Pontificis una cum ſuis transmittit; Quid porrò in Conſeſſu Principum à Campegio propoſitum, quidq; Proteſtantes reſponderint, ex Sleidano repetendum eſt. lib. 4. f. 55. & ſeqq.

Decretum verò Conventus Noribergici hoc fuit.

Fol. 60. *Ut de voluntate Cæſaris, Pontifex, in Germania primo quoquo tempore liberum Concilium indicat, loco idoneo, ut ad Novembris diem XI. Spiræ conveniant Ordines, deliberaturi quid ſequi oporteat, interea dum Concilij fiat initium: ut Principes, in ſua quisq; Provincia, deligant viros doctos atq; bonos, qui ex Lutheri & aliorum libris colligant ea, de quibus putabant poſſe diſputari, quæ Principibus exhibeant in proximo conventu, quo facilior ſit progreſſio, cum ad Concilium erit deventum: ad hæc, ut interventu Magiſtratus ac diligentia purè doceatur, Evangelium & modeſtè, juxta ſenſum & interpretationem ſcriptorum, quos Eccleſia comprobarit: item, ne quipoſt hæc libelli & picturæ contumelioſæ prodeant: Denique, ut ea, de quibus aulam Romanam & Eccleſiaſticum Ordinem nuper incuſarunt Principes, in proximo Conventu Spiræ, notione, facta, definiantur.*

Ad Georgium Anno 1525. Saxoniæ Ducem Lutherus ſcribit:

Fol. 85. *Conſueviſſe Deum, ait, initio quidem ſeverè & acriter homines caſtigare, poſt verò leniter & amanter complecti: terrorem tunc atq; metum intuliſſe Judæis, cum Legem ipſis per*

Moſen ferret, poſtea verò per Evangelij, prædicationem ſummum denunciaſſe gaudium: ſe quoq; ſimilem rationem ſecutum, aſperius aliquantò tractaſſe nonnullos, & ipſum quoq; ſed interim tamen alia quædam ſcripſiſſe, plena conſolationis atq; fructus, ex quo facilè ſit videre, nulla ſe malevolentia, ſed ſolo ſtudio veritatis laborem hunc omnem ſumere, ut proſit omnibus: audire autem ſe, nihil ipſum de offenſione contra ſe & iracundia remittere, ſed exacerbari magis atq; magis: hanc nimirum eſſe cauſam, cur nunc ad ipſum ſcribat: orare vehementer, ut ſuam doctrinam oppugnare deſiſtat, non quidem ſui cauſa, cui propter vitam nihil auferri poſſit, ſed ipſius potiſſimum gratia, cujus in eo vertatur ſalus: cum enim certò ſciat, doctrinam ſuam conſentire Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis, ideò ſe magnopere de ipſo, qui tam acerbè aliam oderit & perſequatur, ſolicitum eſſe: monet etiam, ne ad ſuæ perſonæ tenuitatem reſpiciat: non enim ſuum hoc eſſe negotium, ſed omnipotentis Dei: licet omnes fremant & indignentur, permanſuram tamen eam eſſe doctrinam in ſempiternum: eoq; magis dolere ſibi, quod ipſam ita tumultuari videat & impingere: Stationem hanc non ſe poſſe deſerere, & quoniam ipſi alioqui gratificari cupiat, orare, ut ſibi ignoſcat, quòd durius quædam in ipſum dixerit: ſe viciſſim precaturum eſſe Deum, ut ipſi culpam omnem contempti & afflicti Evangelij, condonet: neq; dubitare, quin ſit exoraturus, modò ipſe deſiſtat ab incepto, neq; lumen illud orbi terrarum accenſum beneficio Dei, conetur extinguere: nam ſi pergat ita ſævire, imploraturum, ſe gratiam & auxilium Dei contra ipſum, atq; ita fore, ut ſerò tandem intelligat, quid ſit, velle majeſtatem divinam oppugnare: fidem enim habere ſe firmam & indubitatam promiſſionibus divinis, atq; ita ſentire, ſuam orationem eſſe potentiorem omnibus artibus & inſidijs

Diaboli; ad eam quoq́; ſe perpetuò confugere, tanquam ad munitiſſimum propugnaculum & arcem.

Anno 1526. Comitia Spiræ habentur, in quibus, cum in religionis negotio variè tractatum eſſet. Decretum hoc promulgatum tandem eſt.

Fol.88. *Ad conſtituendam religionis formam & retinendam tranquillitatem opus eſſe legitimo, vel Germaniæ, vel publico totius orbis concilio, cujus intra annum fiat initium: & ne qua mora vel impedimentum interveniat, Legationem eſſe mittendam ad Cæſarem, oratum, ut miſerum & tumultuoſum imperij ſtatum reſpiciat, & quàm primum in Germaniam accedat & Concilium procuret. Ad religionem & edictum Wormacienſe quod attinet, placuit, ut interea dum ex ijs concilijs alterum habeatur, ita ſeſe gerant omnes, in ſua quiſq; Provincia, quo ſui facti probabilem rationem Deo ſimul & Cæſari quoq́; reddant.*

Anno 1529 in Conventu Spiræ Calendis Augusti habito, novum decretum emanavit in hanc ſententiam.

fol.100. *Qui Cæſaris Edictum illud adhuc ſervarunt, deinceps quoq́; ſervent, ad concilium uſq; de quo Cæſariam propè certam ſpem faciat, & populum etiam huc aſtringant: qui verò doctrinæ genus mutarunt, neq; diſcede jam ab eo poſſunt abſq; metu ſeditionis, ut hi ſibi temperent in poſterum, nec aliquid prætcrea innovent adusq́; concilij tempus: deinde, ne doctrina eorum, qui de Cœna Domini ſecus quam Eccleſia, docent, recipiatur, neve abrogetur Miſſa: nec ijs in locis, ubi novum eſt doctrinæ genus, impedimentum fiat, quo minus ad Miſſam, qui volent, accedant: Anabaptiſtis etiam, qui ſuum dogma pertinaciter defendunt, capitis pœna conſtituitur, & Eccleſiæ Miniſtris injungitur, ut juxta probatam ab Eccleſia interpretationem doceant,*

alia

Digitized by Google

alia verò dogmata, de quibus fortè diſputari poſſit, non attingant, ſed concilij decretum expectent: ad hæc, ut pacem inter ſe colant omnes ordines & religionis cauſa nec damnum invicem dent, nec alter alterius ditioni Subditos in ſuam fidem aut tutelam recipiant: qui ſecus fecerint, proſcriptorum numero jubentur eſſe.

Cui Decreto ſe opponunt Elector Sax. Georgius Brandeburgicus, Erneſtus & Franciſcus Lunæburgico, Landtgravius & Anhaldinus.

Et primò quidem ſuperioris conventus decretum repetunt, quo ſua cuiq; religio permittitur adusq; concilium: ab eo minimè diſcedendum neq; eſſe violanda, quæ tunc pacis retinendæ cauſa, poſt nullam deliberationem pacta fuerunt, & ſignis atq; jurejurando confirmata: ſe quidem exemplo ſuorum majorum velle omnia Cæſaris cauſa: quantum etiam facultatibus atq; viribus poſſint, libenter ad ejus uſum atq; dignitatem collaturos: præſentem verò cauſam ad omnium ſalutem, pertinere ſempiternã: quod igitur ab ipſis in eo diſſentiant, orare, ne moleſtè ferant: ſicut enim ſuperius decretum de communi omnium voluntate factum ſit, ita quoq; niſi pariter aſſentiantur omnes reſcindi non poſſe nec irritum fieri: quo minus ipſi, quem volint, religionis formam, ſuos intra fines conſtituant, non ſe repugnare, ac rogare Deum, ut ſuæ cognitionis lumen in omnium mentibus accendat. fol.101.

Huic proteſtationi conjungunt ſe plurimæ Civitates Imperiales quo tempore Proteſtantium Nomen cœpit Sleid. f. 102.

Anno 1529. menſe Septembri, Proteſtantes Legatos ad Cæſarem mittunt, Qui.

Digitized by Google

fol.104. Ordine repetunt Decretum Imperiiq́; factum, ante annum tertium, quod nuper alio decreto ſublatum ſit: quod quidem ſi valere debeat, maxima ſint ex eo turbæ naſcituræ: Saxoniæ Principem igitur Electorem atq́; Socios, & his adjunctas quoq́; civitates, palam tunc eſſe profeſſos, non ſe huic aſſentiri decreto: rogare autem, ne graviter hoc ipſo ferat aut moleſtè, ſed neceſſitati tribuat. Illos enim interea, dum cogitur concilium, nihil eſſe admiſſuros, quod non & Deo ſperent & ipſi quoq́; poſſe probari: deinde majorum exemplo futuros eſſe quidvis pro ſalute ac dignitate tùm ipſius tùm imperij, ſeu bellum ſit gerendum in Turcam, ſeu quodvis aliud ſuſtinendum ſit onus: obſecrare etiam, ſi forte res ad ipſum aliter delata ſit, ne credat ſed huic narrationi fidem habeat, nec ullam concipiat in eos offenſionem, niſi prius ipſorum audita purgatione: præſertim, cum hoc ſemper deferant, ſi Scripturæ teſtimonio rectius edoceantur, nihil eſſe facturos obſtinate vel præter officium: itaque petere, ut illos in ſuam tutelam atq́; patrocinium accipiat, & primo quoq́; tempore, clementer ac benigne ſcripto reſpondeat: & quoniam ſermone res tota non poſſit explicari quod etiam ipſe juſſerit, ideo ſe, quicquid omninò ſit neceſſarium pleniorem cognitionem ſcripto comprehenſum ipſi tradere.

Cui propoſitioni reſpondit Cæſar.

fol.104 ſeq. De actione tota Spirenſi, deq́; decreto facto, per fratrem Ferdinandum Regem, ejusq́; Collegas ante ſe cognoviſſe, quam ipſi advenerint: & diſſidium hoc quod multis incommodis atq́; malis occaſionem præbeat, vehementer ſibi dolere: cumq́; ſui ſit officij, hæc omnia præcavere ne accidant, aut, cum acciderint, emendare, ideò ſe diu multumq́; & graviter, de re tota cum ſuis familiaribus deliberaſſe, atq́; ita reperire. Deretum illud eò factum eſſe, ne quid deinceps innovetur, nec ulli ſectæ ſit in poſterum locus, cujusmodi jam invectæ ſint complures & admodum

dam terræ : deinde, ut pax & concordia per Imperium ſtatuatur.... Ideoq; Saxoniæ Principem atq; Socios merito debuiſſe hic omnibus aſſentiri : nam & ſibi & reliquis Principibus, animæ ſuæ ſalutem & conſcientiæ tranquillitatem, non minus eſſe curæ, quam illis, nec etiam minus optare ſe concilium, quam illi, conſtituendæ Reipublicæ cauſa : quod tamen concilium videri poſſit non admodum eſſe neceſſarium, ſi modò, quæ communi voluntate decreta ſunt atq; conſenſu, valerent, ſi quoq; illud omnium Ordinum approbatione factum Wormaciæ, ſuperioribus annis decretum, & huic à ſe conjunctum edictum, ſervaretur, ſicut & ipſi fateantur ejusmodi decreta firma eſſe debere atq; fixa : quod cum ita ſe habeat, & quia moribus receptum fuit, ut quod major pars Ordinum imperijq; ſancivit, ne paucis quibusdam hoc reſcindere liceat; Ideò ſe datis literis ad Saxonem atq; ſocios, mandaſſe, ut decretum factum habeant ratum, neq; contra faciant, ſed obtemperent, pro ea fide, qua ſibi devincti ſint & Imperio : nam alioqui fore, ut authoritatis & exempli cauſa, ſeverè in ipſos animadvertat : exiſtimare autem hoc ſuum ſcriptum jam illis eſſe redditum, aut propediem redditum iri, & facturos quod juſſerit : id ſibi quidem fore longè gratiſſimum.

Anno Eodem 1529. Proteſtantes Principes & Civitates conventum Smalcaldiæ habent ſub fin. Novembr. Iterumq; Anno 1530. d. 6. Januarij Noribergæ conveniunt. Poſtea Cæſar Comitia Auguſtam indicit. ad. d. 8. April. In quibus poſt exhibitam Confeſſionem Auguſtanam, habitis varijs inter Imperatorem & Proteſtantes ſermonibus (vid. Sleid. d. lib. 7. f. 107.

f.107. & ſeq.) & tentatâ per Delectos, Religionis conciliatione, tandem Decretum hoc Auguſtæ factum eſt, quantum ad Religionem attinet, quod Cæſar recitari juſſit.

fol. 114. *Saxonem atq; ſocios doctrinæ ſuæ Confeſſionem exhibuiſſe, quæ poſtea ſit ſacræ ſcripturæ teſtimonijs confutata: multò deindè labore tàm ſuo quàm reliquorum Ordinum eò rem eſſe deductam, ut illi quædam Eccleſiæ dogmata receperint, quædam repudiarint: quod cum ita ſit, ideo ſe, quò demonſtret, quàm ſit amans pacis quàm nihil impotenter, aut cupide faciat, ſingulari quadam benignitate ipſis largiri deliberandi ſpacium, ad XV. uſq; diem Aprilis, ut interea reputent ſecum atq; ſtatuant, num in ijs dogmatis, quæ reliqua ſunt, idem quod Pontifex, quod ipſe, quod univerſus deniq; orbis Chriſtianus, profiteri velint: interea autem ſeſe velle, ut pacem per imperium colant omnes, ne Saxo ſocijq; novi quid interea, de religione, ſuis in Ditionibꝰ procudi patiantur, ne quid etiam innovent ne quem ad ſuam religionem pelliciant aut cogant ne ſuæ ditionis homines qui veterem Religionem ſequuntur, quò minus id faciant, ulla ratione impediant; ne monaſticis perſonis, quo minus & ſacra ſua peragant, & delictorum audiant confesſionem, & Cœnam Domini ſuo more adminiſtrent, ullum faceſſant negotium: ut una ſecum & cũ alijs Ordinibus deliberent quomodo cohercendi ſint Anabaptiſtæ, & ij qui de Cœna Domini ſecus, quàm Eccleſiæ, docent: poſtremò, quia multo jam tempore nullum ſit habitum Concilium, & verò tam in hoc civili quàm in Eccleſiaſtico ſtatu multa requirant emendationem, ſed daturum operam apud Pontificem aliosq; Reges, ut intra ſemeſtre tempus denuncietur Concilium, & anno deinde poſt inchoetur.*

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD

PACEM RELIGIONIS
DE ANNO ClƆ IƆ LV.

PROPOSITIO OCTAVA
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.

RESPONDENTE
PAULO Blumenzopff Reichenbachiô-Variſco.

I.

Libertas Religionis vigore Pacificationis Religioſæ; Statibus conceſſa, id inter alia importat, quod unicuiq; , Imperio immediatè ſubjecto integrum eſſe debeat, mutare Religionem, à Pontificiâ ad Auguſtanam confeſſionem, vel ab hâc ad illam diſcedere, absq; ullâ Dignitatis, Officiorum, Bonorum & Facultatum imminutione. Quod probat generalitas gemini illius §. Pacif. Relig. de A. 1555. §. und damit ſolcher Fried & §. ſeq. Dagegen ſolten die Stände: ibi. bey ſolcher Religion; (id eſt, quam unusquisq; Statuum, tunc temporis habuit, vel deinceps habiturus eſt, argum, verborũ præcedentium, ibi. Religion/ glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie auffgericht/ oder nochmahls auffrichten möchten) glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen und Ceremonien, auch ihren Haab / Gütern / liegend und fahrendt/ Land/

Leuten / Herrſchafften / Obrigkeiten / Herrligkeiten / und Gerechtigkeiten ruhiglich und friedlich bleiben ſolle. Cui conſequens omnino eſt. Statum aliquem ita mutare poſſe Religionem ſuam, & Eccleſiam reformare, ut priſtini reditus Eccleſiaſtici, ad novæ, ſive mutatæ Religionis uſum deinceps applicentur.

II.

Et id quidem de Statu ſeculari extra dubium eſt. De Eccleſiaſticis verò Statibus aliter deciſum eſt: Poſſe quidem ArchiEpiſcopum, Epiſcopum, Prælatum, vel alium Eccleſiaſtici Ordinis, à Pontificiâ Religione ſecedere. Salvâ ſuâ famâ & Exiſtimatione, ita tamen, ut Beneficium, illud Eccleſiaſticum, unà cum fructibus & reditibus, absq; morâ & contradictione amittant. Liberumq; ſit Capitulo, aut cui alias de Jure vel conſuetudine illud competit, alium, Pontificiæ Religioni addictum, eligere, per verba expreſſa in d. Pacif. Relig. §. und nach dem bey Vergleichung / quem §. communiter vocant, Reſervatum Eccleſiaſticum; Den geiſtlichen vorbehalt. De Commendatoribus Ordinis Teutonici quæritur: an ſub d. §. & ita dicto Reſervato Eccleſiaſtico comprehendantur? Quod negamus. Loquitur enim tantum de perſonis Eccleſiaſticis, quæ propriè tales ſunt, & in ſacris ordinibus conſtitutæ, ibi. Wo ein Ertzbiſchoff / Biſchoff / Prælat / oder ein ander Geiſtliches Standes. Tales autem non ſunt Commendatores illi, ſed milites potius, quorum officium eſt militare pro Religione contra hoſtes Chriſtiani nominis, & hoſpitio excipere peregrinos. vid. Joach. Steph. de Idict. lib. 4. c. 10. Unde etiam à feudali ſucceſſione non arceantur, inſtar aliorum Clericorum, quia habitum Religionis non aſſumpſerunt, quod requirit Feudiſta

in

Digitized by Google

in c. un. de Vaſſallo mil. qui arma depoſ. 2 F. 21. Roſenthal. de feud. c. 7. concluſ. 77. & plures alij, quos allegat Cran. d. probl. 12. in Connex. 1. Poterunt itaq; à Pontificiâ Religione impunè recedere, & Auguſtanam confeſſionem amplecti & introducere Cran. de P. R. p. 1. probl. 12.

III.

Magnam fuiſſe diſceptationem; circa inſertionem & conſtitutionem hujus paragraphi, ex verbis allegati §. und nach dem bey Vergleichung evidens eſt, ibi. welcher ſich aber beyder Religion Stände nicht haben vergleichen können: Acriter enim oppoſuerunt ſe Proteſtantes: ita concipi volentes, ut ſi quis (in genere) Electorum, Principum & Statuum vel ad Pontificiam, vel ad Auguſtanam confeſſionem acceſſerit, is vel illi, eodem Jure, quo Proteſtantes vel Pontificij Status vigore Conſtitutionis Religioſæ utuntur, gaudeant; Verba ipſa ex Auctore Autonom. p. 1. c. 4. refert *Spring. apud Arum. theſ. 37.* aut, uti conciſius ex eodem Auct. refert idem de P. R. c. 8. Daß einem jeden Geiſtlichen und Weltlichen Chur-Fürſten/ Fürſten/ Ständen und Obrigkeiten/ biß auff Chriſtliche und friedliche Vergleichung der Religion/ frey ſtehen ſolle/ ſich ſampt ſeinen Unterthanen in die alte Religion oder Augſpurgiſchen Confeſion zukünfftiger Zeit zubegeben. Rationes poſtulati hujus recenſet; Juſtus Springer. de P. R. d. c. 8. Verum obtineri illud à Ferdinando I. Rege Rom. non potuit, ſed is, cùm inter Status utriusq; Religionis in hoc non conveniret, Mandatario nomine Imperatoris Caroli V. datâ ab ipſo pleniſſimâ poteſtate articulum illum, von dem Geiſtlichen Vorbehalt/ in. d. §. und nach dem bey Vergleichung ita declaravit & conſtituit, uti dictum eſt in theſ. 21.

IV.

An autem rectè id fecerit Ferdinandus. I. Et an Status Proteſtantes, ad obſervationem illius §. und nach dem bey Vergleichung / ſint obſtricti, jam olim quæſitum eſt: & eodem Anno 1555. & ſeqq. in omnibus Comitijs, usq; ad Annum 1576. traditis varijs ſupplicationibus, Replicationibus &c. graviſſimè Proteſtantes Ferdinandum ſollicitarunt, ut libertas mutandi Religionem Statibus Eccleſiaſticis indulgeretur. Id potiſſimum urgebant Proteſtantes, ſuo conſenſu articulum illum non fuiſſe concluſum & Pacificationi inſertum, velut innuunt verba d. §. und nach dem bey vergleichung. ibi, welcher ſich aber bey der Religionſtände nicht vergleichen können. Sed obſtat ipſis promiſſio ſub fin. d. Receſs. de Anno 1555 §. und wie die verordnete. ibi, willigen und verſprechen bey Fürſtl. Ehren und Würden / in rechten guten trewen und im Wort der Warheit / auch bey treuen und glauben / ſo viel einen jeden betrifft oder betreffen mag / wie allenthalben obſtehet / ſtette / feſt / und unverbrüchlich zu halten etc. Neq; adminiculantur Proteſtantibus, verba dicti §. So viel einen jeden betriffe oder betreffen mag. Non enim limitatam obſervantiam, aut excluſionem articuli illius deß Geiſtlichen vorbehalts important: (quam etiam generalis illa aſſeveratio & promiſſio quoad omnia puncta & articulos, ſive, quoad omnia antepoſita nō admittit) ſed perſonas potius deſignant, quæ in territorijs ac ditionib9 ſuis ad obſervantiam dicti Receſſus teneantur. Plura adverſus Proteſtantes pro ſalvando Reſervato hoc Eccleſiaſtico, inprimis quod durantibus illis Comitiis, nulla ab ijs proteſtatio interpoſita fuerit, quod Reſervatum il-

Iud

Iud, non Proteſtantium, ſed Eccleſiaſticorum Catholicorum bona afficiant, quodq; Proteſtantes conſecuti tunc fuerint, quod voluerint, congeſſit Franciſcus Burgh in Autonomia, cujus potisſima argumenta recenſet Syring. apud Arum. d. th. n. 37. adde eundem de P. R. c. 8. confer. Cran. de P. R. p. 1. problem. 10. ubi ad argumenta Springeri reſpondet, & Reſervatum illud Pontificiorum ob defectum conſenſus Proteſtantium, nunquam factum fuiſſe partem Pacificat. Religioſæ, ait, de quo in conflictu fortè videbimus.

V.

Aliam dimovendi hujus obicis rationem tentat *P. Frider. de Proceſſ. lib. 1. c 29. n. 6.* quem ſequitur *Georg. Schönborn. lib. 4. Polit. c. 6.* articulum hunc, von dem Geiſtlichen vorbehalt contrariâ Imperij conſuetudine eſſe abrogatum; Verum nullibi probant, quod intendunt. Quin potius Exempla in Archiepiſcopatu Colonienſi Hermanni & Gebhardi exauctoratorum, ſtrictiſſimam dicti articuli obſervantiam oſtendunt: Nec certe patientur unquam Pontificij, contraria conſuetudine paragraphum illum aboleri, ſine quo nunquam inijſſent Tranſactionem Religioſam; quod durantibus illis Comitijs ſæpius profeſſi ſunt. Nec deniq; penes Cameram eſt, Mandatum aliquod reſtitutorium in cauſâ hâc adverſus obſervantiam dicti §. & totius Pacificationis Religioſæ decernere. Imo expreſsè id prohibetur in d. Receſſ. §. Wir befehlen und gebieten auch etc. Syring. d. theſ. 37. §. Sanè ſi vera eſt, & de Pac. Relig. d. c. 8. 5. ex hoc ſuccincto.

VI.

Et iſta quidem, quæ præmiſimus in Archiepiſcopo, Epiſcopo &c. Qui ſolus, mutatâ Veteri Religione, Au-

guſtanam confeſſionem amplectitur, procedunt; Sed quid ſi hoc faciat conſenſu totius Capituli; idq; in univerſum miſsâ Veteri Religione, ad noſtram accedat, an diſpoſitio dicti §. und nach dem bey vergleichung; etiam tunc obtinebit? Affirmant Pontificij, ex ea ratione, quia iſta Religionis mutatio, & dioeceſium avulſio vergat in detrimentum & imminutionem Religionis Pontificiæ, quod prævertere voluerunt Imperator & Catholici in d. §. conſtituentes in genere, ut à Capitulo perſona antiquæ Religioni addicta eligatur. Negant noſtri, ex eo fundamento, quod dictus §. expreſſè & in ſingulari de Perſonâ ArchiEpiſcopi, Epiſcopi &c. loquatur, Wo ein Ertz-Biſchoff / Biſchoff / Prælat / oder ein anderer Geiſtlichs ſtandes. It. Ibi. Daß derſelbigen Ertz-Biſthumb / non itaq; ad univerſos ſive totum capitulum, utpote in caſu exorbitante à Jure communi & in quo de privatione Jurium, & beneficiorum Eccleſiaſticorum agitur, extenſio facienda eſt. Ita ſentiunt Laur. Ohm *de Jure Epiſcop. concluſ.14. Bertram de Comitijs n.36. Spring. ap. Arum. th. 37. circa fin. & de P.R.c.8 in fi.* ubi Judicium Lectori permittit. In d. verò theſ. 37. rectè addit, vanas eſſe Pontificiorum querelas, quaſi Principes & Status Proteſtantes, Epiſcopatus & alia bona Eccleſiaſtica occupando pacem Religioſam violaverint, non enim debebant neſcire, Capitularium conſenſum in Reformationibus iſtis interveniſſe, *adde* Cran de P.R. p.1. Probl.11. ubi rectè ſubjungit, Statum Eccleſiaſticum contracto matrimonio non videri mutaſſe religionem, nec Gebhardum. Epiſcop. Colon. propterea perjurium comiſiſſe.

VII.

Juramentum illud, quod in Epiſcopatibus Pontifi-

tijs ab Epiſcopis exigitur; de non deſerendâ Pontificiâ Religione, Daß ſie bey der Bäpſtlichen Religion / biß an ihr letztes ende und ſeufftzer verbleiben / und nimmermehr zu der Augſpurgiſchen Confeſſion ſich begeben wollen; nec pium eſt, nec pacificationi Religioſæ conſentaneum; Non illud; quia viam ad agnitionem Evangelicæ veritatis prohibet. Non hoc, quia id ſaltem conſtituitur, in d. §. und nach dem bey Vergleichung/ ut qui à Pontificiâ ad noſtram Religionem tranſeunt, Beneficiis Eccleſiaſticis careant, non quod omninò prohibeantur Pontificiam Religionem deſerere, ita ut à Profeſſione veritatis agnitæ in perpetuum excluſi eſſe debeant.

VIII.

Quæri hac occaſione poteſt, An Vaſallus à Pontificio quodam, feudum recognoſcens, ſi Religionem Pontificiam, cui addictus erat mutet, & ad Auguſtanam Confeſſionem accedat, vel contra. An propterea, quaſi feloniam committens, feudo privari poſſit. Quod rectè negatur, cùm Religionis utriusq; Auguſtanæ nimirum & Pontificiæ Profeſſio, in Conſtitutione Pacis Religioſæ permiſſa ſit. Receſs. Imper. de Anno 1555. §. und nach dem bey Vergleichung & §. nach dem aber in vierten. Jure itaq; permittente quod fit pœnam non meretur. Neq; ad Domini injuriam, neq; ad feudi deteriorationem inſignem pertinet, ſi Vaſallus Religionem eo quo dictum eſt, modo, mutet. *vid. Cran. de P. R. part. 1. problem. 2. in Connexo.*

IX.

Gemina huic eſt Quæſtio, ſi cui Legatum relictum ſit ſub conditione, ſi Lutheranâ Religione deſertâ, Pontificiam amplexus fuerit, & ad mortem usq; retinuerit: an conditio illâ pro impoſſibili & non ſcripta haberi de-

beat, ita ut Legatum debeatur Legatario, licet conditio-
nem illam non adimpleverit: nec à Lutheranâ Religio-
ne deſciverit? Affirmamus. Nam & conſcientiam &
exiſtimationem Legatarij lædit, ab orthodoxâ veritate,
lucri alicujus capeſſendi causâ ſeceſſionem facere, ideò
conditio illa pro non Scriptâ, & Legatum pro puro ha-
betur atq; præſtandum eſt, etiam non adimpletâ condi-
tione. vid. Syring. apud Arum. theſ. 45. latè Cran. de Pac.
Relig. p.2. probl.7. ubi ad contraria reſpondet Dn. Carpz.
p. 1. decis. 89. ubi Scabinorum Lipſienſium Reſponſum
refert, wann er nun gleich die condition nicht erfüllen
noch die reine Evangeliſche Lehre verlaſſen / und ſich
zur Päbſtiſchen Religion wenden wolte / ſo möchte
ihm doch das Legatum nicht verweigert werden. Son-
dern es würde die angehengte condition geſtalten Sa-
chen nach pro non ſcriptâ und alſo daß Legatum pro pu-
ro gehalten / demnach Er ſich deſſen / ungeacht Er bey
der Lutheriſchen Religion verbleibet anzumaſſen wol
befugt V. R. W.

X.

In Electoratu Saxoniæ & pleriſq; locis alijs rectè introdu-
ctum eſt Juramentum Religionis præſtandum ab ijs, qui publicis
funguntur muneribus, ſive Eccleſiaſtici ſint ſive Politici; Neq;
enim Juramento hoc adiguntur, ut Religionem contra conſcien-
tiam ſuam retineant; Sed ut eam, quam verbo Dei & in conſci-
entiâ ſuâ convicti, profeſſi ſunt hactenus, ulterius profiteantur
aut ſi id nolint ſed humanâ perſuaſione faſcinati ad papiſti-
cam, Calvinianam aliamve Orthodoxæ confeſſioni adverſa-
riam ſectam deflectere velint, id maturè denuncient, & à functio-
nibus publicis abſtineant.

Juri divino quoq; conſentaneum eſſe Juramentum Religionis
probat text. Deuter. 29. verſ. 12. & ſeqq. Nehem. c.10. verſ. 29. vid. Dn.
Carpz. Jprud. conſiſt. lib.3. tit.1. defin.16. ubi n.21. Chriſtiani II. Elect.
Sax. mandatum refert de Anno 1604.

APPO-

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA
Sive
Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum
EX SLEIDANO
De
STATU RELIGIONIS.

Publicato hoc Decreto Saxo, cœteriq́ Proteſtantes reſpondent.

Quod in decreto ſit perſcriptum, doctrinam ſuam autoritate ſacrarum literarum eſſe confutatam, non ſe fateri nec agnoſcere: imò ita ſentire, ſic illam niti ſcripturæ ſacræ conſenſu, ut quod impium ſit, nihil in ea reperiri poſſit: & ſi quidem lectæ confutationis exemplum impetraſſent, liquido ſe potius ſe hoc demonſtrare ne tamen ſilentio præteriretur confutatio, contrariũ ſe ſcriptum inchoaſſe, ſtatim ut audiſſent eam recitari, quantum quidem inter legendum memoria complecti potuerint: quod ipſum ſcriptum nunc tandem, poſt multas occupationes perfectum ſit: & quanquam ad omnia reſponderi non poſſit propter enumeratam cauſam, tamen ſi Cæſar hoc ſuum ſcriptum recognoſcat, non dubitare, quin exhibitam confesſionem, firmam adhuc, nec ullis concuſſam machinis reperiat. Quod decretum ſit, nequid innovent interea, neq́ typis evulgent, in ſuperiori Conventu ſe ita de eò reſpondiſſe, ut ſatisfactum eſſe putent: ejusdem nunc quoq́ ſe voluntatis eſſe, neq́ facturos quod jure poſſit exprobrari: nihil etiam ſibi commune eſſe cum d.f.114.

Digitized by Google

ſectis: & ſi ea vera ſit, quam profiteantur, doctrina: ſe tamen neminem ad illam adegiſſe, neq; deinceps velle: ad Anabaptiſtas vero quod attinet, & eos qui Sacramentum altaris contemnunt, ſuos intra fines nunquam ſe toleráſſe id genus homines, verùm Contrarias illi Conciones oppoſuiſſe ſemper, in Anabaptiſtas etiam vindicaſſe, ita quidem, ut ejuſmodi ſectæ non modò radices agere nullas, verùm ne conſiſtere quidem apud ſe, vel pedem figere poſſint: cum autem graviſſima ſit iſta cauſa, quæ nimirum ad animæ vel ſalutem vel diſpendium & jacturam pertineat ſempiternam & multam requirat deliberationem, abſentium quoq; ſociorum Legati neceſſe habeant ad ſuos omnia referre, vehementer orare, ut decreti ſibi permittatur exemplum, quò conſiderent atq; ſtatuant interea de ſumma rei, quid ad diem ſit reſpondendum.

Iuſtante Cæſare & priora urgente; Saxo cum conſortibus regerit.

f. 115. *Doctrinæ ſuæ Confeſſionem cum verbo Dei conſentire, cui ne inferorum quidem Portæ queant reſiſtere: & hoc ipſum alio ſcripto, quod nuper oblatum ſit, amplius doceri poſſe, quantum quidem ex recitata confutatione retinere licuit: decretum verò factum ſalva Conſcientia non ſe poſſe probare, ideoq; petere, ut & totius actionis exemplum & deliberandi ſpacium ſibi detur, ad conſtitutum uſq; diem: nihil enim facturos obſtinatè, ſed quantum omninò permiſſu verbi divini poſſint, largituros, & quid ſuæ ſit mentis, liquidò reſponſuros ad diem, in cæteris, etiam omnibus non recuſare fortunas atq; vitam ipſius quidem cauſa profundere: quod autem Principes ac Ordines ad hunc modum ſeſe devinxerint Cæſari, valdè ſibi mirum viderit nec enim ejus rei cauſam ullam alicui unquam dediſſe, & nihil eſſe, quod non & ipſi, majorum exemplo, ipſius cauſa velint, & cum*

Digitized by Google

res ita poſcet, non futuros in poſtremis: quod etiam dictum ſit, neminem eſſe re ſua ſpoliandum, idem ſe quoq; fateri, ſed & culpa omni vacare: quantum enim an Monachorum domicilia pertinet, non ſemel eſſe profeſſos, ita ſe rem geſturos interea, dum fiat concilium, ut certò videri poſſit & intelligi, nullum à ſe privatum emolumentum atq; Compendium captari.

Paulò poſt cum Decreti copia denegaretur, iſta reponunt.

Quoniam Decreti exemplum, deq; re tota deliberandi ſpatium impetrari nequeat, non eſſe quod amplius interpellent: ideoque ſe rem omnem Deo committere, in quo primam ſpem ſalutis poſitam habeant: quod præterea ſit adjectum de ſeditione ruſticana, prorſus nullam in eo culpam ſibi poſſe attribui, & optima ſe conſcientia niti: quid enim tunc temporis præſtiterint, quam nulli ſuo vel periculo vel ſumptui vel labori pepercerint, eſſe pervulgatum & manifeſtum: quæ fuerit etiam ejus origo ſeditionis, quæ cauſa demonſtratum eſſe ante annos quatuor in Conventu Spirenſi: tunc quoq; Decretum fuiſſe Legationem ad ipſum in Hiſpanias ex qua res omnis ordine cognoſci potuiſſet, niſi demittendis Legatis conſilium fuiſſet immutatum: non rectè igitur invidiam bujus facti in ſe detorqueri, ac injuriam ſibi fieri: ſi quis etiam ſit omnium qui vel hac ipſa, vel quavis alia de cauſa, jure ſecum atq; legibus velit experiri, non ſe recuſare judicium: itaq; petere, ne graviorem ullam in ſe concipiat offenſionem, nec ad iracundiam aut odium ſeſe patiatur accendi: ſua enim omnia, non minus quàm reliquorum Ordinum, ad ipſius uſum atq; dignitatem eſſe deſtinata, fol. 116.

Poſt varias contentiones, Decretum Auguſtæ, præſente Cæſare recitatum eſt.

f.118. *Ne tolerentur, qui de Cœna Domini, ſecus, quàm hucusq; ſervatum ſit, docent, ne quid in Miſſa vel communi vel privata mutetur, ut chriſmate pueri Confirmentur, & ægrotantes oleo conſecrato inungantur: imagines atq; Statuæ minimè removeantur, & quibus in locis ablatæ ſunt, ibi reſtituantur: eorum opinio qui liberum eſſe negant hominis arbitrium, nequaquam recipiatur, quod & pecuina ſit & in Deum etiam contumelioſa: nihil omninò doceatur, quod ulla ratione Magiſtratus imminuere poſſit dignitatem: dogma illud de ſola fide juſtificante, locum non habeat: Eccleſiæ Sacramenta ſint eo loco & numero, quo antiquitus: ceremoniæ omnes Eccleſiæ, ritus, exequiæ mortuorum & id genus alia ſerventur: ſacerdotia quæ vacant, conferantur idoneis: qui ante hoc tempus facti ſunt mariti, Sacerdotes vel Eccleſiaſtici, priventur beneficiis, quæ ſtatim ab hoc conventu conferantur aliis: qui tamen relictis uxoribus, ad priſtinum inſtitutum redire & abſolvi cupiunt, eos, de voluntate Pontificis; cùm hoc ei Legatus nunciarit, Epiſcopi reſtituant: cæteri verò nullum usquam habeant perfugium, ſed exulent aut etiam meritam pœnam luant: Sacerdotum vita ſit omnis honeſta, veſtibus etiam decoris, & vitetur omnis offenſio: ſi quibus in locis Eccleſiaſtici redacti ſint ad aliquam iniquam conditionem atq; pactam, ſi quid etiam bonorum ſacrorum iniqua ratione venditũ ſit, aut in alium uſum prophanum applicatum, id omne ſit irritũ: ad docendi munus nemo recipiatur, niſi qui doctrinæ ſimul & vitæ probatum habeat ab Epiſcopo teſtimonium: in docendo ſequantur omnes hanc præſentem formulam, nec illud pro concione dicant, uſitatum, quaſi hoc nonnulli agant, ut opprimatur Evangelii doctrina. temperet etiam à ſcommatis atq; contumeliis: hortentur populum ut Miſſam audiat, ut diligenter oret, ut Virginem Mariam cæterosq;*

divos

divos imploret, ut dies feſtos peragat, ut jejunet, ut à cibis vetitis abſtineat, ut ſubveniat egenis: Monachis autem demonſtret, non licere profeſſionem ac Ordinem deſerere: breviter, in ijs, quæ pertinent ad fidem atque Dei cultum, nihil quicquam immutetur: qui contra fecerint, corpus atq; vitæ ſeu bonorum diſcrimen ſubeant: quicquid ablatum eſt Eccleſiaſticis, reſtituatur: quibus in locis domicilia Monachorum & id genus alia ædificia ſacra diruta ſunt, reædificentur, in ijsq; ceremoniæ fiant atque ritus uſitati: qui ſunt in adverſariæ partis finibus, antiquæ religionis atq; fidei ſectatores, & hoc decretum approbant in Imperij tutelam recipientur, eisq; licebit, quo volent, emigrare, nullo cum detrimento: de Concilio Pontifex appellabitur, ut intra ſextum menſem illud ad locum aliquem idoneum indicat, ut deinde primo quoq; tempore, & ad ſummum intra ſpatium anni fiat ejus initium: Hæc omnia rata ſint atq; firma: & ſi quæ ſunt Oppoſita vel opponentur etiam exceptiones aut appellationes, locum nullum habeant: ut verò decretum hoc valeat & ſervetur, quantum quidem ad fidem atq; religionem pertinet, quicquid omninò virium atq; facultatis conceſſit Deus, id omnes, vita etiam atq; ſangvis huc impendetur. Si quis autem vim alicui intentet, Camera, ſimul atq; interpellata fuerit, ei qui vim vel arma parat, denunciet, ut ab incœpto deſiſtat, & legibus agat. Si nõ obtemperabit, fiſcus litem in eum inſtituat, & proſcriptionem urgeat, eaq; promulgata, vicinos Principes atq; Civitates moneat, ut ei, qui vim metuit, illico ſuccurrant: In Cameræ verò judicium nemo recipiatur, niſi qui Decretum hoc de religione factum approbarit: alioqui removeatur loco.

Philippus Melanchthon in iſto Cæſaris & Pontifi-

 ficio-

ficiorum fremitù, animo ſollicito atq; anxiò erat, quem Lutherus crebris literis erigebat.

fol.119. Quià non hominum ſed omnipotentis Dei ſit negotium, monet, ut omni depoſita ſolicitudine ac graviori cogitatione, totam molem in illum rejiciat. Et cur inquit, adhunc modum te crucias & affligis ipſe? Si filium ſuum Deus pro nobis impendit, quid trepidamus, quid metuimus, quid angimur atq; triſtamur? An Sathanas eſt illo potentior? an qui tantum nobis beneficium contulit, in rebus levioribus nos deſeret? Cur mundum à Chriſto debellatum reformidamus? Si malam cauſam defendimus, cur non mutamus propoſitum? Si piam atq; juſtam, cur Dei promiſſis non confidimus? præter vitam certè nihil Sathanas eripere nobis poteſt: at vivit tamen & in ſempiternum regnat Chriſtus, in cujus tutela conſiſtit veritas. Is non deſinet eſſe nobiſcum ante conſummationem ſeculi. Si nobiſcum non eſt, obſecro, ubinam reperietur? Si nos ad Eccleſiam non pertinemus, an Pontificem & reliquos adverſarios pertinere putas? peccatores quidem ſumus, non uno modo, ſed tamen Chriſtus idcirco non eſt mendax, cujus cauſam agimus, fremant reges atq; Populi, quantum volent: qui Coelos inhabitat, deridebit eos. Cauſam hanc Deus abſq; Conſilio noſtro gubernavit adhoc usq; tempus & protexit, idem quoq; deinceps ad optatum finem perducet. De legibus & traditionibus hominum quod ſcribis, non eſt difficilis reſponſio. Nemini enim licet novum aliquod opus inſtituere vel deligere, tanquam cultum Dei: nam & primum Decalogi præceptum & omnes Prophetæ damnant ejusmodi opera: corporis quidem exercitium eſſe poſſunt: ſed ſi cultus accedat opinio, ſtatim fiunt Idololatrica. Quod ad conciliationem attinet, fruſtra ſperatur: nec enim nos Pontificem loco deturbare poſſumus, neq; vera doctrina ſalvo Pon-

vo Pon-

vo Pontificatu, incolumis eſſe poteſt. Quod cœnam Domini vultis integre communicari, nec adverſarÿs in eo conceditis, qui contendunt eſſe indifferens, rectè pieq; facitis, nec enim eſt arbitrÿ noſtri, ſtatuere vel tolerare aliquid in Eccleſia, quod verbo Dei defendi non poteſt. Clamant illi, totam Eccleſiam à nobis damnari: nos verò dicimus, Eccleſiam invitam fuiſſe captam & oppreſſam tyrannide dimidiatæ Eucbariſtiæ, atq; ideo excuſandam eſſe, quemadmodum univerſa Synagoga fuit excuſata, quod in Babylone captiva, legem Moſi cæterosq; ritus non ſervarit, etenim vi prohibita fuit, ne faceret. Epiſcopis verò, ne nimiam jurisdictionem tribuatis etiam atq; etiam providete, ne major ex eo poſt turba naſcatur. Mihi quidem omnis hæc actio de doctrina concordia, diſplicet: nam fruſtra labor hic ſumitur, niſi regnum ſuum Pontifex aboleri totum, velit. Si noſtra damnant, quid conciliationem quærimus? ſi probant, cur veteres retinentur errores? ſed damnant apertè. Fucus igitur eſt atq; mendacium, quicquid agunt; De ceremonÿs multum, ut videtur, laborant: ſed reſtituant antè fidei doctrinam & operum: permittant Eccleſiæ ſuos miniſtros, qui faciant officia neceſſaria, Monachos in poſſeſſionem reduci poſtulant: ipſi contra reſtituant nobis tot innocentes ac pios homines, ab ſe trucidatos, reſtituant tot animas, impia doctrina perditas, reſtituant ampliſſimas illas facultates, fraude partas atq; nequitia ſumma, reſtituant deniq; gloriam Dei tot contumelÿs affectam. De his rebus ubi ſatisfecerint, agemus cum ipſis, ad utros bonorum ſacrorum poſſeſſio pertineat.

Anno 1532. in Conventu Suinfurti habito, Principes interceſſores, Archi Epiſcopus Moguntinus & Palatinus Princeps de Præſcripto

Cæſa-

Cæſaris, Proteſtantibus Principibus hæc mandata proponunt.

fol. 131. *Ut præter ſcriptum illud exhibitum Auguſtæ de religione, nihil innovent, nihil doceant, nihil evulgent, & intra hos fines permaneant adusque concilij tempus, ita tamen, ut cum Zvvinglianis & Anabaptiſtis nihil habeant Commune: ne per occaſionem religionis, alterius ditionis homines ad ſe pertrahant, aut in ſuam tutelam recipiant: ne quem ſuorum extra ſuæ ditionis fines docere patiantur: ut ab omni temperetur contumelia: ne jurisdictionem, ritus atq; ceremonias Eccleſiaſticis interpellent: ut opem adverſus Turcam ferant, & decretis obtemperent, quæ ad rempublicam & adminiſtrationem Imperij pertinent: ut Cæſari ad Romanorum Regi pareant, & ſi quod fœdus contra Cæſarem, Regem aut diverſa religionis Ordines fecerint aboleant: hoc ſi faciant ſperare ſe, fore, ut Cæſar atq; Rex omnem ſuperioris temporis offenſionem deponant.*

Tandem, Proteſtantes data reſponſione conjunctis animis conciliandæ Pacis rationes proponunt.

Ipſi qui doctrinæ Confeſſionem & ejusdem Apologiam exhibuerunt Auguſtæ, quive poſtea doctrinam hanc recipient; intra hos limites conſiſtant, neq; præterea quid innovent, ad concilium usq; toties promiſſum atq; decretum: ijs, qui de Cœna Domini deq; baptiſmo ſecus docent, quam ipſorum habet ſcriptum, exhibitum Auguſtæ, minimè ſe conjungant, quantum quidem ad doctrinam attinet: alienæ ditionis homines non pertrahant ad ſe, neq; defendant, occaſione religionis, verum, ſi quibus, aut lege vel conditione liberum ſit proficiſci quò velint, ut hi, quum ſuis dominis hoc antea denunciarint, aliò migrent, ſi velint, atq; recipiantur: *vid. fol. 133.*

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE

THESIUM SECULARIUM

AD

PACEM RELIGIONIS DE ANNO cIↃ IↃ LV.

PROPOSITIO NONA

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.

RESPONDENTE

JULIO ERNESTO Schrödter/ Danneb:

I.

LIbertas Religionis, ejusdemque effectus non ſolum ad Perſonas, ſed ad bona quoq; Statuum, tum Patrimonialia tum Eccleſiaſtica porrigitur. Sunt enim patrimonialia bona & Facultates; alter Sangvis, quæ receptâ in ſecuritatem perſonâ, eodem privilegio frui debent: Subditi quoq; Statuum, territoria & Jura nulli periculo, aut turbationi ſubjacent. §. Und damit ſolcher Friede: ibi ſondern bey ſolcher Religion/ auch ihren Haab und Güthern/ liegend und fahrend / Land / Leuten/ Herrſchafften Obrigkeitten / Herrligkeitten und Gerechtigkeiten ruhiglich und friedlich bleiben laſſen. Quod Decretum longe mitius & æquius eſt, quam illud Lucij III. Pontificis, qui omnes illos, qui aliter ſentire aut docere non metuunt, quam Romana Eccleſia prædicat & obſervat, hæreticos judicat, vinculoq; perpetui anathematis innodat. c. ad abolendam X. de Hæreticis, &. Illud Innocen-

a) III. bona eorum confiſcari volentis, in c. Vergentis X. eod.

II.

Bona Eccleſiaſtica Deo ſemel dicata, ad profanos uſus transferri non debent: c. ſemel Deo. de Reg. Jur. in 6. Quam ob cauſam acerbe more ſuo, in Proteſtantes invehit Franciſcus Burckardus in Autonom. p.3.c.16. Wo ſind ihrer Eltern Stiffte und Clöſter &c. Iſt es nicht alles prophanieret / abgethan / und niedergeriſſen / und verwüſtet: & paulo poſt wo man zuvor einen Biſchoff / einen Prælaten / Religioſen / Prieſter / einen Canonicum gefunden / da ſitzt jetzo ein Obriſter / ein Weltlicher Rath / ein Edelmann / oder Schöſſer und bawern ſchindern: Quod, uti approbandum quidem non eſt & omnibus in genere Proteſtantibus falſisſimè imputat Virulentus Autor; Ita nec illud contra improbari poteſt; & rectè fecerunt Chriſtiani Principes, dum Præbendas & pinguisſima beneficia Eccleſiaſtica, cum ſplendidis ac opimis proventibus à Pontificijs ad ſe translata, ad alios pios uſus Eccleſiarum & Scholarum & Academiarum erectiones & reparationes; ad Salaria & Stipendia docentium ac diſcentium, miniſtrorum Eccleſiæ, ad Eleemoſynas, redemptionem captivorum, dotationem & ſuſtentationem egenorum &c. contulerunt, ac hodieq; conferunt vid. Spring. apud Arum. theſ. 38. lit. b. Quod malè habet dictum Autorem in fine d.c.16, da man etliche 1000. jährlich einkommen in die Kammer ziehet / und davon wann es anders wol geräth eine Sectiſche Schule anrichtet / damit ja dieſe blindheit und irthumber nicht wieder verleſchen ſondern zu vieler undunzehlichen

lichen Seelen verderben/auf die unſchuldige Poſteritet fortgepflantzet werde: Sed non evertet aſperâ dicacitate ſuâ pium & Chriſtianum inſtitutum, quò, tanti reditus tantis in Papatu abuſibus immerſi, ad pios & legitimos uſus applicantur.

III.

Bona itaq; illa Eccleſiaſtica, Præfecturæ Sacræ, Cœnobia, Præbendæ, & alia beneficia à Statibus quibusdã intercepta, & ad pias cauſas converſa; in eodem Statu permanere debent; hiſce duobus tamen requiſitis concurrentibus: 1. ut occupata illa bona Eccleſiaſtica ad alios Imperij Status non pertineant, 2. ut Status Eccleſiaſtici tempore Tranſactionis Paſſavienſis Anno 1552. bona talia non poſſederint. Verba pacificationis, cum deciſionem ipſam & conditiones appoſitas contineant, ſubjungimus ex Receſſu Imperij de Anno 1555. §. Die weil aber etliche Stände und derſelben vorfahren/ etliche Stiffte/ Klöſter/ und andere Geiſtliche gütter eingezogẽ/ und dieſelbigen zu Kirchen Schulen/ milden und andern ſachen angewendet/ ſo ſollen auch ſolche eingezogene Güther/ welche den jenigen/ ſo dem Reich ohne mittel unterworffen und Reichß-Stände ſind/ nicht zugehörig/ und deren Poſſeſſion die Geiſtlichen zu zeit des Paſſaviſchen vertrags/ oder ſeyt hero nicht gehabt/ in diſem fried ſtand mit begreiffen und eingezogen ſein/ und bey der verordnung/ wie es ein jeder Stand mit obgerührten eingezogenen und allbereit verwendten güttern gemacht/ gelaſſen werden. Springer. de P. R. c. 9. pag. m. 89. Schönborn. lib, 4. Polit. c. 6. pag. m. 330.

IV.

Adeò autem bona illa Eccleſiaſtica à Proteſtantibus occupata & converſa ad pias cauſas, prædicto modo relinquenda ipſis ſunt, ut eo nomine neq; actio neq; aliqua interpellatio, in Judicio vel extra Judicium contra illos admittatur, nec in Camerà citatio, Mandatum vel Proceſſus propterea decerni debeat; d. §. dieweil aber etliche Stände ibi und derſelben Stände / derenthalben weder In/ noch auſſerhalb Rechtens/ zu erhaltung eines beſtändigen neuen Friedes / nicht beſprochen noch angefochten werden / u. befehlen &c. der Keyſ. Maj. Cammerrichtern und Beyſitzern das Sie dieſer angezogener und verwendeter güther halben keine Citation mandat und proceſs/ erkennen und decerniren ſollen. Quæ disſidij componendi ratio expeditisſima eſt, quam etiam Thraſybulus uſurpavit, Athenis Amniſtiam pertractans, ut quisq; retineret, quod haberet. Syring. apud Arum thеſ.38. lit.d. confer. Dreſſer. in orat. funebr. D. Electoris Auguſt. pag.658.

V.

Interdum tamen ſuper bonis Eccleſiaſticis interceptis Transactio quædam, ante Pacem Religioſam, inter Status utriusq; Religionis inita fuit. Quæ ſi legitime facta, & probari posſit: omnino ſuſtinenda eſt, nec Conſtitutio Pacis Religioſæ, de retentione bonorum interceptorum ſanciens, ad negotia præterita & jam transacta trahi poterit. Qualem caſum in causâ der Carthans zu Erffurd contra Ioh. Frid. Ducem Saxoniæ obtigiſſe & in eandem ſententiam concluſum fuiſſe, refert Juſtus Springer, de P. R. c.9. pag.89.

Digitized by Google

VI.

Cœterum, retentio illa bonorum Eccleſiaſticorum in poſſeſſione ſe fundat, uti dictum eſt, in theſi 3. Quæritur igitur, an de poſſeſſione civili, an de naturali id accipiendum ſit? Egr. Status aliquis tempore Transactionis Paſſavienſis, vel ante illam monaſteria quædam occupavit & adhuc poſſidet. Sufficietne poſſeſſio hæc naturalis, civili nimirum penes Capitulares, vel Monaſteriorum, ſubſiſtente: Affirmamus, ob naturam & proprietatem vocabuli eingezogen in d. §. dieweil aber etliche Ständ und deroſelben Vorfahren etliche Stiffte Klöſter und andere Geiſtliche gütter eingezogen. Et paulò poſt: ſolche eingezogene Gütter/ quæ interceptio, non niſi apprehenſionem & inſiſtentiam rei corporalis denota, non attenta qualitate tituli, Juſtene poſſideat an inuſtè Nullus enim altercationum finis tunc futurus era facilè, ſi de titulo poſſeſſionis diſceptationes permitterentur: *vid. Juſt. Spring. d. P. R. d c. 9.*

VII.

Bona Eccleſiaſtica à Proteſtantibus non occupata, ſed in Pontificiorum poteſtate poſitâ, ipſorum permanent, unà cum reditibus cenſibus & Decimis, penes Dominum Territorij, unde exigi ſolent. Jus ſuperioritatis, nec non Reditus & Jura, quæ ante ortum de Religione diſſidium habuerunt ulterius Salva cuivis Statui ſervantur d. Receſ. imper. §. Als auch den Ständen ibi, So ſol doch einem jeden Stande unter dem die Renthe/ Zinß/ Gülte/ zehenden/ oder Güther gelegen/ an denſelbigen Güthern ſeine weltliche Obrigkeit/ Renth oder Gerechtigkeit/ ſo er vor anfang dieſes ſtreits in der

 Religi-

Religion daran gehabt/ und in brauch geweſen/ vorbehalten/ und dadurch denſelbigen nichts benommen ſein: Miniſteria tamen, Eccleſiæ, Scholæ, Xenodochia ex bonis illis, ſecundum modum olim receptum, deinceps etiam conſtitui & ſuſtentari debent, non attenta Religionis diverſitate, n. d. 5. So ſol doch ibi, von ſolchen obgemelten Güthern/ wie ſolche miniſteria der Kirchen und Schulen vormahls beſtellet/ auch nochmals beſtellt und vorſehen werden. ungeacht/ waß Religion die ſein. Schönborn. d. lib. 6. c. 6. pag. m. 332.

VIII.

Conſectarium huic eſt: Si Egr. Civitas Imperialis & Abbas, utraque pars Pontificiæ Religioni addicta, Parocho olim conjunctim Salarium conſtituerit & civitas Imperialis, deinde Auguſtanam confesſionem amplexa fuerit: quod Abbas, nihilominus Parocho quantitatem Salarij, & alia miniſterijs, Eccleſijs, Scholis, Noſocomijs debita antiquitus, in poſterum quoq; ſolvere teneatur. Idem judicium eſt, ſi uterq; Status Proteſtantium Religionem confeſſus, ſalaria ſimiliaque alia ſimul contulerit & alteruter ad Pontificios diſcedat. Nihil enim quoad d. conſtitutionem & Suſtentationem miniſtrorum &c. mutari debet, per verba in præced. th. allegata. ideo adverſus partem collationem Salarij recuſantem mandatum pœnale peti poteſt. Vid. Gylmann. p. 1. tit. 3. ſupplic. 7. Springer. d. loc. p. 9.

IX.

Controverſiâ circa conſtitutionem ac proviſionem prædictam ortâ, utraque pars litigantium, arbitrum unum vel duos eliget, qui præmiſsâ Summariâ cauſæ cognitione intra ſex menſes arbitrabuntur, An & quantum, pro ſuſtentatione miniſtrorum & aliorum vigore præcedentis §. conferri debeat: Durante hâc cauſæ cognitione, is cui controverſia movetur, poſſesſione ſuâ non privandus, nec Areſtandus & turbandus eſt: nihilominus tamen, quod quisque de bonis ac Reditibus ſuis ad miniſteria contulit antiquitus, porro quoque usque ad deciſionem cauſæ, biß zu Außtrag der Sachen / conferre tenetur: Quâ ratione & partibus ipſis & miniſterijs, alijsque pijs locis, ne de ſalario vel debito, quid pereat, optimè conſultum eſt: Formam hanc præſcriptam vid. in Pacif. Relig. §. und ob ſolcher Beſtellung halben *Syring. apud Arum. d. theſ. 38 lit. e.*

X.

Salaria Eccleſiarum & Scholarum miniſtris debita non præcisè ad quantitatem illam, quæ definita fuit tempore Pacis Religioſæ, reſtringenda ſunt, ut voluerunt Pontificij in gravaminibus Imperatori oblatis Anno 1594. ſed creſcente indies rerum precio augeri debent, ſuadente ſummâ humanitatis & æquitatis ratione: Salaria enim tunc temporis inſtituta ſunt pro ſuſtentatione Miniſtrorum & familiæ ſufficientia; quæ cum ob invaleſcentem hodiè annonæ caritatem, ſuſtentationi non ſufficiant: ijsdemque labores interdum etiam majores ijs in-

Digitized by Google

iis incumbant: certe & de ſuſtentatione idoneâ laborumque compenſatione ac prœmio ſollicite Magiſtratus (ad quem curâ ſalariorum pertinet, Ordin Eccleſ. D. Elector Auguſti, artic. general. 20. §. und nach dem.) providebit; & reditus ſubtractos reſtitui curabit, Artic. gener. 22. §. ult. were auch dem Pfarrer adde Syring. ap. Arum. d. theſ. 38 n. fin. Augeri autem poſſunt ſalaria, prædijs & bonis ſubditorum auctis & amplificatis; puta agris & finibus auctis, acceſſione fructuum vel redituum communitatis ut & erectione novorum molendinorum artic. *general.* 22. §. ult. qui cum generaliter de novis molendinis loquatur, tam de aquaticis quàm de pnevmaticis vento agitatis Waſſer- oder Windmühlen intelligendus eſt. vid. Dn. Carpz. Conſiſtor: lib. 1. defin. 100. Peſſimum autem & impium Anabaptiſtarum commentum eſt, *Salaria,* Verbi miniſtris præſtanda non eſſe, quod ex *Sacrâ Scripturâ*, Vet & N. Teſtam. jam dudum exploſum eſt. vid. 1. Cor. 9. verſ. 7. & ſeqq. *Balduin. caſ. conſc. l. 4. c. 10. cas. 5. Gerhard. in loc. de miniſterio Eccleſiaſt. c. 7 ſect prior. §. 324.*

APPO-

APPOSITIO HISTORICA.

Sive

Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS

Anno 1535. menſe Decembri Proteſtantes conventum Smalcaldiæ. habuerunt, ad quem Pontifex Paulus III. Farneſius, Petrum Paulum Vergerium & Galliæ Rex Guilelmum Bellaium Langæum, Angliæ Rex Henricus Octavus, Eduardum Foxum Epiſcopum Herfurtenſem ablegavit: quorum omnium Orationes. Et Proteſtantium ad ea Reſponſiones vid. ap. Sleid. lib. 9. fol. 150. & ſeqq.

Cum Legato autem Britannico Anno 1536. certis conditionibus actum fuit Smalcaidiæ & concluſum. f. 169.

Ut puram Evangelij doctrinam Auguſtæ propoſitam, & poſt explicatam, Rex propaget, & in legitimo concilio, ſi quod erit, una cum ipſis defendat: ne concilij vel indictionum, vel locum aliter recipiant, niſi de communi voluntate: quod ſi tamen certis & indubitatis argumentis appareat, ejusmodi futurum eſ-

ſe concilium, quale Pontificio legato Paulo Petro Vergerio ſit demonſtratum, ne repudietur: quodſi Pontifex nihilominus pergat, ut tum ejus inſtitutum impediatur, & teſtificatione publica recuſetur: ſicut ipſorum doctrinæ ſeſe Rex adjunxit, ita quoq; fœderi conjungat, ejusq; dicatur Patronus atq; Defenſor: Illa vulgaris de primatu Pontificis opinio rejiciatur in ſempiternum: ſi quod bellum nomine religionis aut quavis alia de cauſa fiat in alterutros, ne quid auxilij detur ei qui vim facit: ad fœderis defenſionem Rex dependat aureorum millia centena, cujus quidem pecuniæ partem dimidiam confœderati, cum opus erit, impendant, reliquum verò ſumptum ex ea; quam ipſi contribuerunt, pecunia, faciant: quodſi autem diuturnum ſit bellum, & vis hoſtilis ita cogat, tum ad ducenta millia Rex annumeret, quandoquidem ipſi, cum in eum caſum Rex devenerit, non facultates modò ſed vitam etiam atq; ſangvienm profundere pacto teneantur: ejusquoq; ſummæ ſit eadem ratio quæ ſuperioris, nec in alium uſum, quam ad defenſionem erogetur, & quod reliquum erit confecto bello reddatur: hæc ad Regem Legati perſcribant, & cum de ipſius mente cognorint, Saxoni, Landgravioq; renuncient, quò communis deinde mittatur ad illum Legatio.

Anno 1537. Proteſtantibus Smalcaldiæ conventum agentibus, Matthias Héldus; cum Cæſareo mandato Smalcaldiam venit. Acta hinc inde vide ap. Sleidan. lib XI. f. 175. & ſeqq. De recuſato autem Concilio Mantuano ſcriptum emittunt Proteſtantes d. Lib. XI. f. 186.

Paulus

Paulus tertius, inquiunt, diploma nuper edidit, quo concilium indicit Mantuæ, jam ad Maij diem XXXIII. incohoandum, additis aliquot ejus rei cauſis: legatos præterea dimiſit ad reges atq; principes tum Germanos tum alios, qui concilium denuncient, & hortentur, ut eo vel ipſi veniant, vel ſuos mittant: cumq; nos etiam hac de re per legatum interpellaverit, & Cæſar idem fecerit, res ipſa poſtulat, ut demonſtremus, ad quantum periculum atq; detrimentum pertineat non modò noſtrum, ſed etiam totius reipublicæ Chriſtianæ ſi quidem illi mos in eo geratur. Et quanquam juſta ſit cauſa noſtri propoſiti, non dubium eſt tamen quin adverſarij, quo ſunt ingenio, criminentur factum, & in peſſimam partem interpretentur. Nam ut nos totamq; cauſam in odium adducant, affirmabunt haud dubiè nullam pati nos poſſe cognitionem, nullumq; judicem, & reliquas contemnere nationes, e quibus multi ſæpe viri præſtantes eruditione prodierint: hoc, etiam dicent, impium eſſe, concilij recuſare decreta, quod ſit Eccleſiæ ſupremum tribunal, cui jure teneantur omnes parere. fingent præterea, quaſi nos jam hujus doctrinæ pudeat, quaſi lucem defugiamus, aut alioqui disſidia captemus, non neceſſaria, neq; publicum ocium ferre poſſimus, Jam ſanè ſi quidem verè de nobis hoc diceretur, eſſet non impium modò, ſed auditu etiam horrendum: itaq; neceſſariò nobis eſt explicanda facti noſtri ratio, & ſperamus futurum, ut quicunq; ſunt viri boni per Germaniam, & alijs in locis, non modò nihil tale de nobis credant, verum etiam in hoc incumbant, ut hæc omnium graviſſima cauſa rectè tractetur, neque pontifici liceat ſub ficto & adumbrato nomine concilij, manifeſtam veritatem tyrannide quadam opprimere. Docebimus enim, non modò puram nos profiteri doctrinam, ſed etiam aliud ſpectare nihil quàm gloriam Dei & reipublicæ ſalutem, nec ullam nobis aut pertinaciam

aut moroſitatem objici poſſe. Et primò quidem, quàm, aliarum nationum & eccleſiæ judicium non aſpernemur, ex eo ſatis appareat, quod hoc agimus, ne pontifex atq; ſocij judicandi provinciam ſibi ſumant, verùm ut per homines idoneos minimeq; ſuſpectos omnia tractentur. quod ipſum à pijs omnibus deſiderari nihil dubitamus. Cum enim nonnullis in provincijs extent vetuſta quædam ſcripta & querimoniæ de falſa doctrina, de vitijs & impio cultu, quæ tùm in eccleſiam obrepſerant, non dubitamus, quin ijs ipſis in locis, hodierno quoq; die ſint aliqui viri pij & eruditi, qui ſanam doctrinam intelligunt, etiamſi tyrannide pontificis oppreſſi tacere coguntur. hi ſanè meritò debent adhiberi conciliis, ut liberè dicant. nec enim pro legitimo debet haberi concilio, quod pontifex atq; ſocij regunt, qui falſa dogmata per vim atq; potentiam defendunt, & pro veteri conſuetudine decreta faciunt verbo Dei contraria. Chriſtus enim, quando ſummum tribunal conſtituit, juſſit ad eccleſiam referri quicquid emendationem requireret. quibus ipſis verbis tyrannidem omnem atq; dominatum excludit & infringit. Calumnioſum etiam eſt, quod fortè dicunt, nos defugere publicum aſpectum, neque poſſe ferre lucem. nam in Comitijs, Auguſtæ doctrinam noſtram ſumus profeſſi palàm, in Cæſaris & omnium ordinum Imperij conſeſſu: deinde, celebratur hæc ipſa doctrina publicè, noſtris in ditionibus, & extant ea de re noſtrorum hominum libri, qui teſtificantur eam, & ex adverſarijs multi fatentur pleraq; dogmata noſtrorum ſcriptis in lucem eſſe revocata, quæ denſiſſimis antea tenebris oppreſſa jacebant. nunc enim vera doctrina denuò lucet, de pœnitentia, de fide in Chriſtum, de remiſſione peccatorum, de bonis operibus, de vero cultu, de ſacramentorum uſu, de poteſtate clavium, de Magiſtratu, de traditionibus hominum, & id genus alijs rebus. Neq; verò nos evangelij

pudet,

Digitized by Google

pudet, ut ait Paulus, ſed inprimis optamus, ut in omnium aſpectu liceat de ijs rebus explicare ſententiam. Quod etiam noſtris obijcitur, quaſi damnatas jam olim hæreſes rurſus excitarint, neq; ſit opus idcircò diſputatione vel ampliori cognitione, falſum eſt, & ad eos, qui noſtræ doctrinæ confeſſionẽ eiq; conjunctam legerunt defenſionem, facile poteſt excuſari. quam enim profitemur, non eſt nova doctrina, ſed planè veteris eccleſiæ conſenſus, ut liquidò demonſtrari poteſt nec ullam hæreſim admiſimus aut impium dogma, ſed veterum doctrinam multis locis noſtri homines revocarunt, oppreſſam à pontificibus atq; monachis. Falſum eſt etiam, quod de nobis dicitur, quaſi disſidiis lætemur: nam ex animo nobis dolet, ita dividi rempublicam Chriſtianam, & concordiæ cauſa juſtum flagitamus concilium. Quia verò pontifex atq; ſocij veram & neceſſariam doctrinam condemnant, ejusq; profeſſores affligunt & perſequuntur, & alios, ut idem faciant, hortantur, non poſſumus non hanc illorum reprehendere crudelitatem & audaciam. confeſſione enim vult celebrari Deus, & impium eſt, aſſociare ſe tyrannidi pontificis ita ſævientis. Deinde, conſtat nos omnia reipublicæ munera ſubire, & onera ſuſtinere, ſicut reliqui faciunt ordines. ex quo videri poteſt, in religione quoq; nos libenter eſſe conſenſuros aliis, modò liceret. Intelligimus præterea, quantum ex eo nobis immineat periculi, Pontifices enim multis nunc annis non obſcurè præ ſe ferunt, quid moliantur, & quomodo regum animos in nos incendant, hæc tanta diſcrimina ſubire ſine cauſa, & tantos in eam rem ſumptus facere, an non extrema eſſet dementia? ſed ſcimus officium hoc debere nos Deo, nec quicquam eſſe, quod non ejus mandato poſtponi debeat, & teſtamur Deum, nihil à nobis aliud captari. Confutatis jam illorum criminationibus, ad alterum veniemus. Apud exteros pleriq; fortè putant, nos

aliqua curioſitate leucora quædam impugnaſſe vitia, quæ pacis retinendæ cauſa diſſimulari poterant præſertim, cum ea ſit humanarum rerum conditio ut in republica ſemper aliqua ſint atq; remaneant, ad quæ connivere oporteat. Sed longè res aliter habet. nam primò quidem, errores atq; falſa dogmata non ſunt diſſimulanda. Jubet enim Chriſtus à falſis doctoribus cauere: deinde, certamen eſt non de levibus erratis, verùm de doctrina fidei, deq; vera Dei cognitione, quod eſt vitæ Chriſtianæ & ſynceri cultus præcipuum caput, quod ſilentio præteriri non debet, ſed purè conſervandum eſt, & diligenter in eccleſia docendum. Negari autem non poteſt, extinctum hoc omnino dogma fuiſſe, novamq; doctrinam invectam, magna certe cum Chriſti contumelia Multos præterea reprehendimus errores, impioſq; cultus, quos etiam alij quidem multò ante hanc ætatem viderunt, eoq; concilium deſiderarunt, ut emendatis vitijs concordia retineretur: hac autem ætate multò magis eſt opus concilio, quandòquidem & plurimis in locis eadem vitia manent, & nata ſunt diſſidia, & in vitæ diſcrimen idcircò multi vocantur, homines innocentes. his ergo de cauſis tam arduis, non modò nos, verumetiam Cæſar & cæteri ordines & epiſcopi decreverunt eccleſiæ cumprimis eſſe neceſſarium concilium, in quo pura doctrina conſervetur. niſi enim tale fieret, majorem diſſipationem excitatum iri videbant: ſed ecce, dum ejuſmodi concilium expectamus, prodit diploma pontificis, imperij decretis planè contrarium. Et quia non noſtra ſolùm refert, ſed totius etiam intereſt reipublicæ Chriſtianæ, neceſſe putavimus hoc publico ſcripto teſtificari, & demonſtrare, quamobrem concilium iſtud improbemus. Nam judicandi poteſtas non ad ſolum pontificem & epiſcopos, verùm ad eccleſiam pertinet, quo quidem in numero ſunt etiam reges ac cæteri ordines. Quapropter, etiam ſi pon-

ſi pontifex in hac cauſa non ſuſtineret alteram partẽ litis, tamen non ſit ei concedendum ut ſolus ipſe cum ſuis judicaret, excluſis aliis eccleſiæ miniſtris: cùm autem manifeſtè ſit ex litigatoribus alter, multò minus id ei concedi oportet, quia cum jure divino & naturali pugnat. Accuſamus verò pontificem non levibus de cauſis, nec de illius dominatione tantum diſputamus atq; luxu, ſed ipſius & doctrinam & leges & impium cultum reprehendimus, hoc eſt, reum agimus illum de idolatria & hæreſi. quæ quidem crimina cùm objiciuntur, non pontificem, ſed eccleſiam oportet judicium interponere, ſicut veteres pontificum leges ipſæ teſtantur. Adhac, pontifex non ſolùm eſt alter litigatorum, ſed quia doctrinam noſtram multò antè condemnavit, hoc ipſo majorem in ſe cumulavit ſuſpitionem: quod cum ita ſit, quis dubitet, cujusmodi ſit in ipſius concilio futurum de noſtra doctrina judicium? Nec enim putandum eſt fore, ut definiendi poteſtatem ulli permittat contra vetus inſtitutum: & cùm de modo tractationis nihil in eo diplomate dicat, meritò ſuſpecta ſunt nobis omnia. Nam eos tantùm evocat & conſcribit, qui ſunt ipſi multis modis obligati, & de quorum voluntate compertum habet, indicti quoq; concilij cauſam hanc eſſe profitetur, ut nuper natæ hæreſes extirpentur. Et quanquam id latè patet, tamen dubium nullum eſt quin de noſtra ſentiat doctrina. nec enim de ſuis ipſum erroribus loqui, credibile eſt. imò poſt aliud emiſit diploma de Romanæ curiæ reformatione, in quo claris verbis profitetur, eò convocari concilium, ut hæreſis peſtifera Lutherana tollatur. itaq; principio quidem animum ſuum callidè texit, ut aliquam haberet ſpeciem diploma, ſed poſt aperuit. Dubium ergo non eſt, eò ſolum ſpectare illum, ut doctrinam noſtram exſcindat. cujus autem eſſet inſania, inſtitutum hoc illius approbare? hoc enim agit, ut qui diploma recipiunt, doctrinam noſtram fatean-

Digitized by Google

ſateantur impiam & hæreticam eſſe, deinde, ut reges atq; principes, eo recepto, teneantur ſtudium & opem conferre. Cùm igitur interſit reipublicæ, rogamus, ut hunc illius aſtum & inſidias diligenter omnes conſiderent. nam licet mirari, cur his verbis diploma conceperit: & dubium eſt, utrum eò fecerit, ut nos à concilio deterreat, an ut approbatione diplomatis irretitos habeat. Apud nos profectò dubium nullum eſt, Cæſaris hanc eſſe mentem, ut reipublicæ conſulatur, neq; formam hanc diplomatis ei probari putamus: Pontifex autem non tam concilium indixit, quàm ſententiam adverſum nos promulgavit. Neque verò promittet, ut ſcripturis res agatur, ſed volet è ſuis legibus & conſuetudine & recentioribus aliquot conciliis pronunciari. Verùm hoc inprimis nos contendimus & affirmamus, hominum traditiones verbo Dei contrarias, eſſe repudiandas. nam Eccleſiæ doctrinam recipimus, pontificis autem errores atq; tyrannidem non oportet eccleſiæ titulo exornare. Vetus eccleſia neq; recepit ullam legem adverſariam ſcripturæ nec immenſam illam poteſtatem attribuit pontifici, quam nunc ſibi ſumit ipſe. deinde cœtus ille hominum, qui doctrinam evangelij damnant & affligunt, non ſunt eccleſia, ſed parricidæ, Caini progenies atq; poſteritas. Et priſcis quidem temporibus, pij epiſcopi ſæpe recuſarunt concilia, quum non veritatis propugnandæ, ſed vel impiæ doctrinæ vel aliquorum potentiæ conſtituendæ cauſa viderent illa convocari. Cæſar Conſtantinus indixerat concilium Antiochiæ: Maximus autem epiſcopus Hieroſolymitanus, tametſi non longum eſſet intervallum, eò non venit propterea quòd & Cæſaris animum, & quid Arriani molirentur epiſcopi, ſciret. (Plura vid. ap. Sleid. f. 188. tandem ita concludunt)

Quòd ſi ullo unquam tempore legitimum erit concilium, tunc ita cauſam noſtram ibi tuebimur, ut omnes intelligant, ſtudia noſtra cum ſalute reipublicæ ſemper fuiſſe conjuncta.

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE

THESIUM SECULARIUM

AD

PACEM RELIGIONIS

DE ANNO CIↃ IↃ LV.

PROPOSITIO DECIMA

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.P.

RESPONDENTE

JOHANNE HOLTHUSIO Aurica Friſio.

I.

NObiles Imperij liberos, eiq; immediatè ſubjectos in Pace Religionis contineri, ſupra dictum eſt in Poſit. V. theſ. 7. & probatum ex §. und in ſolchen Frieden / Receſ. Imper. de Anno 1555. Unde de illis quæritur, qui Imperio quidem immediatè ſubjecti, nec tamen Status Imperij ſunt; putà Prælaturæ Præfecturæ ſacræ, Cœnobia in territorijs Proteſtantium ſita, An gaudeant Privilegio Pacis Religioſæ. Diſputatum id variè, nec deciſum refert Gylmann. lib. 2. rer. jud. decis. 59.

Digitized by Google

Negandum autem videtur cum *Syringio apud Arum. th. 40. lit. c.* quia tantùm Nobiles Imperij ſpecialiter incluſi & aſſumpti ſunt, in conſortium pacis Relig. Reliqui ergo, Imperio immediatè ſubjecti, qui Status non ſunt cenſentur excluſi.

II.

Generaliter quidem in Tractatione Pacis Religioſæ Proteſtantes concipi voluerunt §. um uñ damit ſolcher) Fried/ ibi, keinen Standt der Augſpurgiſchen Confesſion, &c. mit der that gewaltiger weiſſe überziehen etc. Sed Ferdinandus I. & Catholici ne forte Status aliquis Provincialis, Principi & Statui Imperij ſubjectus, Religionis libertatem ſibi temere arrogaret: addiderunt vocabulum, des Reichs/ibi, keinen Standt des Reichs/von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion &c. uti conſtat ex Replica & Declaratione Ferdinandi d. 30. Auguſti Anno 1655. quam vide apud Franciſc. Burckard. in Autonom lib. 1. c. 6. ibi, damit dieſe diſpoſition (wie ſie auch von gemeinen Ständen ohne zweiffel nicht anderſt gemeinet) auff die Stände / ſo dem H. Reich ohne mittel unterworffen/allein verſtanden/ und darauß nicht geurſacht werde/daß irgend eines Reichs Stands unterworffener unterthan / umb deß willen / daß er für deſſelben Landſtand erkennet würd / ihme Urſach ſchöpffen / unter dem ſchein der Augſpurgiſchen Confesſion, ſeinem Herrn ſich zu wieder ſetzen / und dann erſt diſputirt müſte werden / ob dieſe Wort allein von

den

Digitized by Google

den Reichs-Stenden zuverſtehen ſeyn / oder auch auff andere Stände / ſo den Reichs-Ständen unterworffen und zugehörig ſeyn / gezogen möge werden. Unde planum evadit Status Provinciales ſub diſpoſitione dicti §. und damit ſolcher Friede &c. non comprehendi. Quod & tunc temporis placuit Proteſtantibus, in Reſponſione ſuà ad Replicam Ferdinandi, ſub dato d. 6. Septemb. 1555. Autonom. d. c. 6. daß ſie ſich keiner Stände / auſſerhalb Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Graffen / Freyenherrn / und den Frey- und Reichsſtädten im Reich deutſcher Nation wiſſen zuerinnern / daß auch die andern alle für Unterthanen derer / hinter denen ſie geſeſſen / gehalten werden / derohalben ſie auch billich ihren Obrigkeiten in der Religion ſich gemeß erweiſſen / und keine ſonderung einführen ſollen.

III.

Pro Civitatibus maritimis, Hanſee-Städte (de quarum appellatione & numero vid. *Beſold. de Jur. Imperiali civit. theſ. ult. Webner. Obſerv. Pract. verb.* Hanſee-Städte) admodum laborarunt Proteſtantes, adductis rationibus urgentib9, cur in Pacis Religioſæ conſortium recipiendæ ſint, quod nimirum potiſſimam partem Auguſtanæ Confeſſioni ſint addictæ, munitæ ac potentes Conſtitutionib9 Imperij univerſalibus obligentur, in caſu turbationis in Religione; eas ab alijs auxilium facile petere, adeoq; diſſidia & bella oriri poſſe, *vid. d. Reſponſio ad Replicam Ferdinandi.* Sed obtineri illud à Ferdinando & Pontificiis

 non

non potuit, vid. Replica Ferdinandi in Autonom. d. c. 6. §. Dann ſo viel ſolcher Anhang. Ideò hodiè, tantùm Imperiales civitates; Privilegio Pacis Religioſæ gaudent; Confer. Andr. Knichen. in Encyclopæd. cap. 13. in §. Syring. ap. Arum. theſ. 39. lit. B.

IV.

Cùm Prælaturæ & Collegia Eccleſiaſtica, in Terris Proteſtantium ſita; de quibus in theſ. 1. diximus, ſub pace Religioſà non contineantur, conſequens eſt, potuiſſe Proteſtantes, talia bona, etiam poſt Pacem Religioſam, ad alios pios uſus convertere, nec ad reſtitutionem eorum, uti Pontificij quidem contendunt; obligari; Non enim, ut ante dictum eſt, juvantur Pace Religioſà, quæ ad ſolos Status Imperij pertinet, è contra reformandæ Religionis libertas in ditionibus ſuis, Statibus Imperij, qui præterea Jus Advocatiæ & ſuperioritatis territorialis in plerisq; talibus Collegijs Eccleſiaſticis habuerunt, competit. Quam in ſententiam ad gravamina Pontificiorum reſponderunt Proteſtantes in Apologià ſuà de Anno 1594. daß der Inhalt des Religionfriedens etc. auch/was dergleichen Güter in ihren herrſafften und gebieten gelegen/ und keinem Reichsſtande ſubijciret wird / ſich deren anzumaſſen/ und zu ihren Kirchen/ Schulen und milden ſachen zu wenden zugiebet. *vid. Syring. ap. Arum. d. theſ. 40. in fin.*

V.

Status Imperij, qui feudum aliquod ab alio ſuperiore &

re & Domino feudi tenet, (quales, Barones de Walds-purg, qui præter feudum Imperij ab Archiducibus Auſtriæ, aliud recognoſcunt,) in terris illis feudalibus libertate Religionis rectè fruuntur. Vaſallus enim propriè ſubditus non eſt. Gail. de Areſtis. c. 7. n. 12. neq; acceptione feudi vel Inveſtiturâ, privilegio aliàs ſibi competenti renunciaſſe cenſetur. Quod ſi circa Religionis Exercitium certa pacta in literis Inveſtituræ intervenerint, illa, quo ad ſubditos obſervanda eſſe cenſemus, non quoad ipſum Vaſallum pro ſe & familiâ ſuâ niſi & hîc ſpecialiter quid conventum fuerit. Confer. Springer. de P. R. c. 10. §. cæterum accidit, & ap. Arum. theſ. 40.

VI.

Si cui merum Imperium cum Jurisdictione civili Ober- und Untergerichte in pago quodam competat, Superioritas autem territorialis ad alium pertineat, non poterit ille Exercitium Religionis introducere, cum Imperium merum criminales tantùm cauſas concernens cum Religionis conſtitutione, quæ ad Dominum Territorij ſpectat, nihil habeat commune. vid. Springer. d. c. 10. §. ex quibus hinc inde, & competit Autonomia Statibus, quà tales ſunt, non quia Imperium merum aut mixtum habent. Syring. ap. Arum. th. 44.

VII.

Nobiles, civitates & communitates, Statuum Eccleſiaſticorum, quæ jam ante Pacificationem Religio-

ſam, Auguſtanæ Confeſsioni addicti ejusq́; Exercitio uſi fuerunt eâdem libertate meritò ſine turbatione gaudent. In ipſo quidem Inſtrumento Pacis Religioſæ nulla de ijs facta eſt mentio. Verùm ad Inſtantiam Statuum Auguſtanæ confeſsionis Ferdinandus Rex tale Decretum emiſit d. 24. Menſ. Septembr. Anni 1655. Daß der Geiſtlichen eigene Ritterſchafft Städte und communen, welche lange Zeit und Jahr / der Augſpurgiſchen Confesſion Religion/Glauben/Kirchengebräuche/Ordnung und ceremonien öffentlich gehalten / und gebraucht / von demſelben ihrem glauben Religion / Kirchengebräuchen/und Ceremonien, hinführo durch die Geiſtlichen/ oder jemand anders nicht gedrungen / ſondern dabey biß zu obberührter und endlicher Vergleichung der Religion unvergewaltiget gelaſſen werden ſollen/ Ipſum Decretum Ferdinandi refert Autor Autonomiæ. p. 1. c. 6. fol. 88. & ſeq. & ex eo Juſtus Springer. de P. R. c. 10. pag. 104. Authenticum ſive originale in Archivo Electorali Saxonico, Exemplum verò publicâ fide munitum in Dicaſterio Wittebergenſi aſſervari, refert idem, ſive Petrus Syring. ap. *Arum. theſ. 43. lit. b.* quod poſterius videre hactenus & reperire non potui. Ejus tamen mentionem fecerunt Proteſtantes in Scripto Cæſareæ Majeſtati Anno 1594 oblato. vid. Syring. d. loc. in f.

VIII.

Tenorem Decreti hujus, nunquam retuliſſe Proteſtantes, intra 20. annos, nimirum ab Anno 1555. usq́; ad annum

Digitized by Google

annum 1575. cum Abbas Fuldenſis, Balthaſar, Civitates & communitates quasdam Auguſtanæ confeſſionis Exercitio hactenus uſas, ad Pontificiam Religionem redigere tentaret; urget maximopere, idem Autonomiſta d. c. 6. f.88. idq; tunc demum in lucem protractum fuiſſe; ad defendendam cauſam Subditorum; Ejus verò validitatem impugnare & evertere conatur, quoad formalia & materialia, prædictus Autor. in Autonom. p. 3. c. 34. & ſeqq. Variare inſcriptionem, modo pro declaratione Pacis Religioſæ Erklärung deß Religion-Friedens; Neben-Abſchied de Anno 1555. modo pro Decreto & Aſſecuratione venditari, in Regiâ Cancellaria ſcripturam ſub: & obreptitiè obtentam; Corpori Receſſuum non inſertam; pridiè Conſtitutionem Pacis emiſſam inſcijs ijs, qui Comitijs interfuerunt, nec Protocollis inſertam, per Conſtitutionem tanquam poſteriorem Decreto priori derogatum &c. Quas, ut & alias objectiones diluit & reſolvit *Springer. de P. R. d. c. 10. p. 109. & ſeqq. & apud Arum. theſ. 43. lit. b.*

IX.

Fit interdum, ut Pontificius Jus Patronatus in ditione Principis Proteſtantis, vel è Proteſtantibus aliquis Jus Patronatus in terris Pontificij cujusdam habeat: Quæritur; Qualem Parochum præſentare poſſit Patronus? Reſpondetur, talem, qui Religioni loci illius cui ad miniſterium verbi adhibendus erat, addictus eſt: Religionis enim permittendæ poteſtas competit Statibus; cumq; illâ Jus Patronatus, abſolutè conſideratum nihil habet com-

Digitized by Google

commune: Præſentatio itaq; illa, non ad Religionem Patroni, ſed ad eam, quæ in loco, ad quem præſentatio fieri debet exercetur, adſtricta eſt. Id quod Proteſtantes in Apologiâ ſuâ adverſus gravamina Pontificiorum Anno 1554. monuerunt; vid. *Syring. apud Arum. theſ. 44. lit. e.* Confer. ea quæ ſupra diximus in Propoſit.5. theſi.1.

X.

Jus deniq; Protectionis, ſive clientelare: Schutz- oder Schirmsgerechtigkeit / cum Juriſdictionem non conferat, nec Subditos ordinariæ Idictioni eximat; ſecundùm vulgatum illud, Schutz und Schirm giebet keine Obrigkeit/ *vid. Gail. lib. 2. obſerv. 54.* Schönborn. *lib. 4. Polit. c. 6. pag. 333. Wehner pract. obſerv.* verbo Schirmsverwandten/ multò minus Religionis mutandæ libertatem in terris clientelaribus tribuit. Statibus enim Imperij, non quia Idictionem habent, ſed quia Status ſunt poteſtas illa permiſſa eſt & quidem in ſuis territorijs, Receſs. Imper. de anno 1555. §. und damit ſolcher Fried/ ibi. in jhren Fürſtenthumben / Landen und Herrſchafften: Neq; Jus Protectionis vel Clientelare ad avertendos à Religione ſubditos induci debet. d. Receſs. §. Es ſol auch kein Standt. *vid. Syring. ap. Arum. d. th. 44. in fin.*

APPO-

APPOSITIO HISTORICA.

Sive

Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum EX SLEIDANO De STATU RELIGIONIS

Adverſus Concilium Mantuanum, de quò in præcedenti Recenſione actum; Angliæ Rex Scriptum hoc evulgat.

Concilium à Pontifice convocatum eſſe, cujus ille rei poteſtatem non habeat, & convocatum eſſe, quo tempore bellum ardeat Cæſaris cum rege Galliæ, & Mantua deſignatum eſſe locum, quò non omnibus venire tutum ſit neq; commodum: ſe quidem ex animo cupere concilium Chriſtianum, ſed ad pontificium minimè venturum eſſe, neq; legatos etiam miſſurum: nam hoc illis eſſe proprium, ut ſui emolumenti cauſa, Chriſtum & veritatem in ejuſmodi conventibus opprimant; nihil verò ſibi cum epiſcopo Romano eſſe commune, nec illius edicta magis ad ſe pertinere, quàm cujuſvis alterius epiſcopi: de Cæſaris atq; regum authoritate convocari ſolita eſſe concilia: hunc ſanè morem eſſe recuperandum, hoc præſertim tempore, quando tam graves habeat accuſatores Pontifex, neq; tamen absq; vitæ periculo reprehendi poſſit & accuſari coràm, niſi legitimum habeatur concilium: non etiam ſibi ſuisq; cautum eſſe fide publica, & ut cau- f. 189.

U tum

tum ſit, tamen obſtare manifeſta pericula, cur non veniat: ète-nim ut fidem fallant, & innocentum cruore ſeſe reſpergant atq; polluant, non eſſe Pontificibus inuſitatum, & ut alijs eò venire ſit integrum, ſibi tamen graviſſimis de cauſis non eſſe, cui Pontifex tendat inſidias; quem òderit acerbiſſime, & in ſummum odium àpud alios reges adducere conetur, non alia profectò de cauſa, quàm quòd ipſius profligata ſit è ſuo regno tyrannis, & annui cenſus ablati: quam ſanè rem indigniſſimè ferat, eoq; magis, quòd metuat, ne cæteri reges exemplo ſuo moniti, idem aliquando faciant.

Anno 1539. in Conventu Francofurtenſi inter Cæſarem & Proteſtantes, poſt multam variamq; diſceptationem & acrem d. 19. Aprilis tranſactum eſt, his conditionibus.

f. 201. *Cæſar, ut colloquium haberi poſſit doctorum, de religione, largitur ſocijs Auguſtanæ confeſſionis, qui nunc in eo ſunt numero, XV. menſium inducias, & ne quid eis interea, religionis cauſa, moleſtiæ fiat, edixit: pacificatio Noribergenſis & Cæſaris edictum Ratisbonenſe, jubentur interim eſſe rata: Quòd ſi per tempus induciarum, de religione non conveniat, pax tamen illa valebit, adusq; proximum Imperij conventum: Et ſi fortè ante finem induciarum conventus fiat, obtinebit nihilominus ea pax usq; ad altera comitia: forenſes omneis actiones, intentatas proteſtantibus, & Mindenſem quoq; proſcriptionem, Cæſar, interea, dum erant induciæ, ſuſpendit, & ſi quid contra fiat; irritum eſſe jubet: Quòd ipſis objici ſolet; quaſi propter hanc religionis profeſſionem in judicio conſiſtere non poſſint, amplius locum non habebit, ſed jus & æquum illis communicabitur ſine exceptione: Proteſtantes invicem nullam interea moleſtiam*

illi

ulli facient, & dum induciæ ſunt, in fœdus neminem admittent, ſic tamen, ut ipſorum religionis cauſa nemini vis fiat: nequis etiam in adverſarium fœdus interea recipiatur, Cæſar efficiet: eccleſiaſticis, ubicunq; demum habitent, cenſus annuos, quos illi adhuc obtinent, proteſtantes permittent: de voluntate Cæſaris conſtituetur dies, calendæ Auguſti menſis, quem ad diem Noribergæ conveniant pontificij & proteſtantes, viri boni cupidiq; pacis & minimè contentioſi vel pertinaces. Hi certum numerum deligent theologorum, qui placidè & amicè de religione conferant: ijs etiam alij quidam erunt adjuncti, non quidem profeſſione theologi, ſed tamen homines periti atq; ſedati: Cæſar etiam & rex Ferdinandus in hoc colloquio ſuos adhibebunt, ſi velint, legatos: & quicquid ibi decretum fuerit utrobiq;, refertur ad ordines abſentes, quibus approbantibus, orator quoq; Cæſaris ratum habebit, aut verò Cæſar in proximis Imperij comitijs, ubi confirmaverit, fixum & inviolatum eſſe jubebit: utrinq; diſcedetur ab apparatu bellico, & qui videbitur aliquid moliri, quamobrem id faciat, cauſam dicere cogetur, ſic tamen, ut defenſio neceſſaria nulli denegetur: in cæteris rebus omnibus, Imperij jus utrobique ſervabitur: In his inducijs non comprehenduntur anabaptiſtæ, nec alij, qui diverſam ab Auguſtana confeſſione doctrinam profitentur.

Vicentiam deinceps Concilium indicit Pontifex. de quò Scriptum hoc emittit Angliæ Rex &c.

Quomodo Pontifex orbi terrarum illudat, exponit. Quod enim per Mantuæ Principem ſeſe purget, eſſe ridiculum: etenim cùm tantam ſibi poteſtatem arroget, cur non illum cogat? ſi non poſſit, cur ad locum incertum, & quem in ſua poteſtate non habet, f. 203.

 bet,

bet, homines venire jubeat? nunc, etſi Vicentiam delegerit ad eam rem, non dubium eſſe tamen, quin Veneti, tanta prudentia viri, non magis, quàm Mantuanus, urbem ſuam tanta hominum multitudine velint abſq; militum præſidio compleri, & futurum, ut eadem ſit ibi, quæ Mantuæ, ſolitudo: ludibrium igitur eſſe quicquid agit, neq; tam effrenem licentiam ei diutius concedendam: legitimis quidem concilijs nihil eſſe melius, nihil ſalutare magis: cum autem ad privatum emolumentum atq; commodum, ad confirmationem aliquorum potentiæ referuntur, incredibilem illa reipublicæ calamitatem adferre.

Anno 1540. conventus Hagenoæ habitûs & â Ferdinando Rege decretum eſt.

f. 118. *Qui actione tota commemorata, Vuormaciæ diem colloquio dicit, ea lege, ſi quidem Cæſari placeat Principes electores, item Magdeburgicus, Salisburgenſis & Argentinenſis epiſcopi, Gulielmus & Ludovicus Bavari, & Clivenſis jubentur eò ſuos mittere conſiliarios, & Proteſtantes quoq; ſuos, ita ut utrinq; ſint undeni: ſcribas etiam adeſſe, pari numero, qui ſingula diligenter excipiant, & de dogmatis Auguſtæ propoſitis collocutionem fieri placuit, & rogandum Cæſarem, ut Imperij conventum indicat. Interea verò pacem ab omnibus coli, & à vi jubet abſtineri, gravi denunciata pœna, mandato Cæſaris: quod autem Proteſtantes affirment, Cameræ judicio non licere de pace Noribergica pronunciare, hoc ad Cæſaris notionem ſeſe referre dicit.*

Decretum Hagenoicum Cæſar confirmat, & conventum VVormatiam indicit, in quo Colloquium VVormatienſe, inter utriusq; Religionis Theologos ſuſcipiendum erat; Cæſar

verò

verò miſſis ad Granvellanum literis, actionem omnem ad Comitia Ratisbonam reijcit, quod habitum eſt Anno 1541. d. 5. Menſis Aprilis, In ijs Proteſtantes ad poſtulata Cæſaris hoc Scriptum exhibent, & in eo.

Conciliata dogmata plenius explicant, & quàm non ſit difficile, reliqua etiam conciliare, docent, & Auguſtanæ confeſſioni ſeſe immorari dicunt. deinde, quod eſt tertium in poſtulatis Cæſaris, de politico reipublicæ ſtatu emendando, leges illas ante annum undecimum Auguſtæ latas, in uſum ajunt eſſe revocandas: ad ſacram verò politiam quod attinet: eam poſſe reſtitui docent, ſi purè doceatur evangelium: ſi juxta leges antiquas deligantur eccleſiarum miniſtri, de conſenſu populi: ſi civilem adminiſtrationem Epiſcopi retineant, &, quoniam ipſi more jam inveterato neque volunt neque poſſunt, alios conſtituant ad obeundum munus eccleſiaſticum, & è ſuis facultatibus alant: ſi miniſtris eccleſiæ liberum permittatur conjugium ſi, turpis illa nundinatio, quæ multiplex eſt, & à Simone Mago nomen habet, omnino tollatur: ſi facultates diſtribuantur, ita ut leges jam olim proditæ commonſtrant: ſi puerilis ætas ad pietatem erudiatur, & primis annis doctrinæ Chriſtianæ fundamenta percipiat: ſi manifeſtè facinoroſi pellantur ab eccleſiæ communione, donec ad ſanitatem redeant, in eoq; magiſtratus officium ſuum faciat, & falſum Dei cultum aboleat, ſi judicia fiant eccleſiaſtica, & veluti cenſores conſtituantur, qui de miniſtris, de plebe, deq; morbis atq; vitijs quorumq; diligenter inquirant. f. 226.

Tandem Decretum à Cæſare eſt in Comitijs Ratisbonenſibus d. 28. Julij, in quo.

f.229. *Colloquium doctorum & actionem omnem refert ad concilium, ad conventum vel Germaniæ totius, vel Ordinum Imperij: ſua in profectione per Italiam, de concilio promittit acturum ſe diligenter cum Pontifice: & ſi neq; generale, neq; provinciale poſsit obtineri, conventum Imperij ſe denunciaturum ait intra XVIII. menſem, religionis componendæ cauſa, & daturum operam, ut eo quoq; Pontifex legatum aliquem mittat: Proteſtantibus mandat, ne quid præter conciliata dogmata novi ſuſcipiant, epiſcopis autem, ut ſuas eccleſias à vitijs repurgent. Erant in decreto, capita quædam alia, de non diruendis monachorum templis, de non intervertendis bonis ſacris, de non ſollicitandis alijs ad diverſam religionem, de juriſdictione & perſonis Cameræ: cùm autem proteſtantes ea minus probarent, Cæſar eis privato quodam ſcripto, quid ſuæ mentis eſſet in eo, ſeparatim declarat. in dogmatis nondum conciliatis nullum ſe modum ipſis præſcribere: monachorum collegia non diruenda quidem, ſed tamen illos ad piam emendationem eſſe revocandos: eccleſiaſticis utrobique proventus cuique ſuos annuos eſſe permittendos, non habita ratione diverſæ religionis: neminem alterius ditionis ad ipſorum religionem oportere pellici, multò minus hoc nomine defendi, ſed tamen licere, ut recipiant, ſi quis ultrò velit ad ipſos tranſire: præterea, decretum Auguſtanum, quod ad religionem pertinet, & lites omneis, de quibus ambigitur, an ſint religionis, nec ne, ſed & proſcriptiones, nominatim verò Goslarienſem, publicæ quietis cauſa, donec aliquo vel concilio vel conventu res cognoſcatur, ſuſpendit, & à Camera neminem repudiari propter diverſam religionem, & æquabile jus omnibus reddi jubet.*

Anno ſequente 1542. iterumq; Anno 1544. in conventu ordinum Spiræ; de Concilio, ejus-

demq;

demq; loco variè tractatum, & in poſteriori decretum eſt.

Quia diſſidium religionis in his bellicis occupationibus tractari non potuit, ad proximum conventum, inq; menſem Decembrem rejicitur: interea Cæſar negocium ſe daturum ait viris bonis atq; doctis, qui piam aliquam emendationis formulam conſcribant: ut idem quoq; principes faciant, hortatur, quò pòſt in futuris comitijs, facta collatione, de communi conſenſu ſtatuatur aliquid, quod ad publicum orbis concilium uſq; ſervetur; in Germania peragendum, aut ad conventum uſq; nationis Germaniæ: pacem interea colant omnes, neq; turbæ quicquam ob diverſam religionem excitetur, & eccleſiæ, cujuscunq; ſint religionis, utrobiq; facultates ſuas obtineant, ex ijsdem bonis decidatur eccleſiæ miniſtris, ſcholis & egeſtate preſſis: Cameræ judices locum ſuum retineant, uſq; ad tempus eis præfixum: cùm id exierit, tunc in eum conſeſſum recipiantur omnes, promiſcuè, non habita ratione religionis. f. 264.

Decretum illud minimè laudabant Pontificij, ipſe autem Pontifex eam ob cauſam faſtuoſè invehit in Cæſarem, &c.

Cujuſmodi decreta Spiræ nuper fecerit, ad ſe relatum eſſe ait: quid verò de illis ſentiat, non ſe poſſe pro ſuo munere & charitate in ipſum, diſſimulare, & ut ita faciat, exemplo moveri ſacerdotis Heli, quem Deus graviſſimè mulctarit, ob nimiam erga filios indulgentiam: ad eundem planè modum, quandòquidem ea decreta pertineant ad ipſius animæ periculum, & ad maximam eccleſiæ perturbationem, neceſſariò ſibi ipſum eſſe commonefaciendum: primum igitur hoc eſſe, ne ab eccleſiæ conſenſu vel conſuetudine majorum diſcedat, ſed eandem diſciplinam, ordinem, inſtituta ſequatur & obſervet: hunc autem ordinem f. 266.

eſſe

Digitized by Google

eſſe talem, ut, quoties de religione diſceptatur, judicium omne referri debeat ad eccleſiam Romanam: ipſum verò nuper, quando de generali & nationis concilio & imperij conventu ſtatuit, nullam habuiſſe rationem ejus, qui ſolus jure divino & humano, cogendi concilia, & decernendi de rebus ſacris poteſtatem obtineat: neq; verò hoc ſolum in reprehenſionem venire, ſed illud etiam, quòd non idiotis modò ſed & damnatarum hæreſium aſſertoribus permittat, de religione judicare, quòd de bonis ſacris, eorumq; controverſijs decernat, quòd eos, qui ſunt extra communionem eccleſiæ, & ipſiuſmet edictis jam olim damnati priſtinis honoribus atq; loco reſtituat, non aſſentientibus ijs, qui veterem & religioſam obedientiam præſtant: an hæc cum ſacris legibus & inſtitutis conveniant? annon omnem diſciplinam & ordinem tollant? Exiſtimare verò ſe, non ex ipſius hæc eſſe profecta ſinu, ſed malevolorum eſſe conſilio factum, qui pro ſuo in eccleſiam Romanam odio, ſolicitaverint ipſum, ut aliquam abalienati animi ſignificationem daret: quòd autem illis acquieverit & morem geſſerit, eò ſibi vehementius dolere, quo majori videat hoc eſſe cum ipſius & eccleſiæ detrimento conjunctum, niſi reſipiſcat: hunc etiam metum ſibi creſcere & augeri conſideranti, quibuſcum amicitiam inierit: pravis nimirum colloquiis corrumpi bonos mores: ſic etiam magnum eſſe periculum, quandò cum pravis & vitioſis hominibus fœdera fiunt: non dubitare ſe, quin honeſtos illi titulos obducant: nullum enim eſſe propè tam maium conſilium, quod non aliquo ſpecioſo nomine commendetur: ſed revera, perſcrutanti ſcripturam occurrere multa & illuſtria exempla, quibus ira Dei docetur in eos & vindicta, qui ſummi ſacerdotis munera ſibi vendicarunt.

Tandem ita concludit:

Adhuc quidem ſe clementia patris uſum eſſe, verum, ſi nihil jam proficiat, aliam ſibi rationem ineundam.

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE

THESIUM SECULARIUM

AD

PACEM RELIGIONIS

DE ANNO CIↃ IↃ LV.

PROPOSITIO UNDECIMA

PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P.P.

RESPONDENTE

JOHANNE GEORGIO PASCHA,

Dresdâ Miſn.

I.

PAcem Religioſam varie ſubvertere conantur Pontificij; autoritatem & vitam ſive durationem eidem adimendo. Autoritatem inde labefactare tentant, quaſi Imperatori Carolo Vto. vi ac ferro extorta fuerit, adeoque nullius momenti ſit: Anteſignani hujus aſſertionis ſunt. *Autor Autonom. p. 3. c. 13. Johann Paul. Windeck. in Prognoſt. de futur. Eccleſ. Statu pag. 326;* & Ungerßdorffer in ſeiner Verantwortung, &c. Peſſimè, Reclamant omnino verba Pacificationis Religioſæ, de Anno 1555. in §. in ſolcher vorgezogener beratſchlagung; ibi, haben wir uns mit der Churfürſten Räthen/ und geordenten erſcheinenden Fürſten und Ständen/ der abweſenden Botſchafften und geſandten/ nnd ſie hinwieder ſich mit uns vereiniget/ und vergliechen: quæ certè verba vim aut

Digitized by Google

metum, vel coactionem non inferunt, ſed potius voluntariam ac deliberatam transactionem important: Nec ullam violentiæ aut coactionis præſumptionem admittunt, tum invictus & Heroicus Caroli Vti animus, qui triumphanti ſimilis Auguſtam ingreſſus eſt, *Thuan. lib. 4. hiſtor. fol. 82. & ſeqq.* tum Status publicus illorum temporum. Opponunt Arma & Expeditionem Mauritij Electoris Sax. quam pro liberando Socero Philippo, Landgravio Haſſiæ in cuſtodiâ detento ſuſceperat; Reſpond. quid iſtud adverſus Principem tam potentem, & quid ad Negotium Pacificationis, cum ſopito omni armorum Strepitu, ipſe Mauritius, biennio ante Pacem Religioſam in prælio Brunovicenſi finijſſet vitam. Deniq; violentiæ & coactionis præſumptionem omnem excludit; toties facta ab Imperatoribus Pacis Religioſæ repetitio & confirmatio. *Vid. Spring. ap. Arum. theſ 15. Dn. Carpz. de Leg. Reg. German. cap. 3. ſect. 6.*

II.

Vitam ſive durationem Pacis Religioſæ ſaltem usq; ad Concilium Tridentinum extendunt Pontificij, poſt illud vero eam prorſus ſublatam aſſerunt, neq; perfectè concluſam Pacem Religionis, ſed Tolerantiam ſaltem usq; ad Concilium Tridentinum conceſſam fuiſſe *Autor* der donawerthiſchen *Information p. 1. pag. 30.* Utrumq; falſiſſimum, contra mentem & intentionem Conſtituentium, Imperatoris ac Statuum: & verba ipſius Receſſus de Anno 1555. apertiſſima, quæ totam rem facilè decidunt. §. und nach dem eine vergleichung / ibi: ſolchen Frieden in allen obgeſchriebenen Articuln / biß zu Chriſtlicher / freundlicher und entlicher vergleichung / der

der Religion und glaubensſachen/ ſtätt/ feſt und unverbrüchlich zu halten/ und demſelben trewlich nach zukommen; Wo dann ſolche Vergleichung durch die wege des General Concilij, Nationall verſamlung/ Colloquien/ oder Reichßhandlungen nicht erfolgen würde/ſoll alls dann nichts deſto weniger/dieſer friedſtand in allen oberzehlten Puncten und Articuln bey kräfften/ biß zu endlicher/ vergleichung der Religion und Glaubensſachen; ſtehen und bleiben/und ſoll alſo hiemit obberührter geſtalt und ſonſt in alle andere wege ein beſtändiger beharrlicher/ unbedingter/ für und für ewig wehrender Fried aufgericht und beſchloſſen ſein und bleiben; En tibi Pacem Religionis plenè concluſam, non tolerantiam ſaltem ſeu dilationem moratoriam, En Pacem, non temporariam ſaltem, & usque ad Concilium Tridentinum vitalem, ſed firmam, perpetuam, usque ad totalem diſſidiorum in Religione compoſitionem *Vid. Syring. ap. Arum. theſ. 49. lit. e. Dn. Carpz. de L. R. c 3. Sect. 7.*

III.

Falsò Proteſtantibus imputant adverſarij, quaſi defugerint ſemper Concilium & Religionis compoſitionem: Quin potiùs in Comitijs Imperij multoties & maximopere Concilium pium, Chriſtianum & liberum expetierunt. Norimbergæ Reichſ. A. 1524. §. Alls auch vielgedachte; 1525. Auguſtæ §. Wir haben auch zu wiederbringung. 1526. Spiræ §. und erſtlich nach dem/ vers. Dennoch und damit/ 1529. Spiræ. §. und anfänglich. 1530. Auguſtæ §. und dieweil in der Chriſtlichen Kirchen 1532. Ratisbonæ ſub tit. Concilium betreffend; Et quan-

quam variè indicta fuerint Concilia, Anno 1533. à Clemente VII. Mantuam, Placentiam aut Bononiam; à Paulò III. Anno 1535. & Anno 1537. Mantuam; Anno 1532. & Anno 1545. ab eodem Tridentum, tandem à Pio IVto Pontifice Anno 1561, iterum Tridentum: Omnia tamen illa juſtis de cauſis recuſata fuerunt à Proteſtantibus, qui declinati potiſſimum Tridentini concilij rationes peculiari ſcripto comprehenſas ediderunt in der ſtadlichen Außführung der Urſachen/warumb die Chur: und Fürſten/auch andere Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion, das außgeſchriebene Concilium zu Trident zubeſuchen nicht ſchuldig geweſen; quod exhibet *Goldaſt. in Polit. Imperial. pag. 27. & Frideric. Hortled. de in Tract. de cauſis Belli German.*

IV.

Poteſtas indicendi Concilia generalia ad Imperatorem pertinet, tanquam Regale ſummæ majeſtatis, id quod multis rationibus, & Exemplis priſcorum Imperatorum, Conſtantini Magni, Thedoſij, majoris & Junioris, Martiani, Juſtiniani aliorumq; Regum egregiè deducit *Arniſæus de Jurib. majeſt. part. 2. c. 6. pag. 413. Norderm. de Jur. Principat. theſ. 22. lit. b. Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 4. n. 10. & ſeqq.* Idemque monuerunt Proteſtantes in Epiſtolà ad Cæſarem apud Goldaſt. Reichßhandl. fol. 194. ibi, ein allgemein frey/ unverdächtig/ rechtſchaffen/ Chriſtlich Concilium, nicht vom Bapſt/ dem es vermöge Göttlicher und weltlicher Rechten mit nichten gebühre/ ſondern von E. Keyſ. Maj. mit Rath der Churfürſten/ Fürſten und

Digitized by Google

Stände des Reichß und anderer Chriſtlichen Potentaten/ angeſtellet/ und ins Werck geſetzet werde;

V.

Falſum, itaque & tanquam in propriâ causâ Pontificum nullius ponderis aſſertum eſt *in diſtinct. 17. per tot.* convocandi Concilij poteſtatem ad ipſos pertinere, non ad Imperatorem, niſi forte quando Pontifex in convocando ceſſet: ut putat Anton. *de Roſell. de Poteſt. Imperat. & Papæ. part. 3. c. 3.* Ipſum quoque Carolum V. Imperatorem, Pontifici jus illud non obſcure tribuiſſe contendunt ex Receſſ. Imper. de Anno 1530. §. und die weil in vielen Jahren/ de Anno 1532. tit. Concilium betreffende/ de Anno 1541. §. Als wir nun nach dem allen; Prius illud refutatur Exemplis contrarijs & rationibus remisſivè adductis in theſi præced. Poſterius, non Juris necesſitate, ſed Religionis quidam opinione factum eſt à Carolo V. qui nudum miniſterium potius mandavit Pontifici, unde certum terminum, intra quem indiceret Concilium, ipſi præſcripſit. Rec. Imp. de Anno 1530. §. und dieweil in der Chriſtlichen Kirchen/ Anno 1532. §. Concilium betreffend. Imo, una cum Pontifice, Imperator Concilium indici voluit, Receſſ. Imp. de Anno 1529. §. und anfänglich ibi das ſolches durch Bäpſtl. Heiligkeit/ neben Ihrer Keyſ. Maj. außgeſchrieben werde. Cumque Concilium Tridentinum Papa ſine conſenſu Cæſaris Bononiam transtuliſſet Carolus V. per Legatum Vargam; aperte proteſtatus eſt, non potuiſſe Concilium ſine conſensû ſuo, aliò transferri. *vid. Thuan. lib. 5. Hiſtor. f. 92.*

VI.

Multis præterea modis & vitijs alijs laborabat Concilium illud Tridentinum; Cauſa vertebat inter Proteſtantes & Pontificios; hi & quidem ipſe Pontifex per Legatos, Præſidebat Concilio, judicaturus in propriâ cauſâ, contra *L.un.C.ne quis in ſuâ cauſ.* Norma dignoſcendi & dijudicandi, non Verbum DEI, ſed Traditiones Patrum, & Eccleſiæ, præfigebatur: Finis concilij; ut concordia in Negotio Religionis iniretur, nullius effectus erat. Siquidem Pontifex Marcello Corvino, *Legato* ſuo expreſsè in mandatis dederat, ne quid in Præjudicium Sedis Romanæ fieri patiatur. Et: Julius III. Papa, reſcripto caverat, ne quisquam admitteretur, niſi qui Palinodiam canere vellet. Noſtri itidem à doctrinâ, Verbo DEI per omnia conformi, nil quicquam receſſuri vel adverſarijs aliquid contra illud conceſſuri erant, fruſtraneum itaque erat, Rei vel negotio, vacare cujus componendæ, nulla omnino ſpes affulgebat. *Syring. ap. Arum. theſ 49. lit. e.*

VII.

De loco Concilij indicti quæritur, An Proteſtantes Exceptione Loci tueri ſe juſtè potuerint? Affirm. publicis enim Imperij Receſſibus jam olim placitum decretumque fuit: de Anno 1524. Noribergæ Anno ſequente 25to Auguſtæ. Anno 1529. Spiræ. ut Concilium indiceretur liberum & univerſale ad quandam Germaniæ urbem, ſecundum receptos & antiquos Imperij mores. Es ſolte ein gemeines freyes univerſal Concilium der Chriſtenheit/ durch Bäpſtl. heiligkeit/ mit bewilligung der Kayſerl. Maj. in deutſcher Nation wie ſich gebühret/

tet/verkündiget/und außgeſchrieben werden/ Et in Receſſu de Anno 1529. §. und anfänglich/ habendi Concilij loca exprimuntur Meta; Colonia Agrippinæ, Moguntia, Argentoratum, aut aliud oppidum, ejusdem Nationis Germanicæ, quod, cum nunquam factum, ſed Concilia, Mantuam, Placentiam, Bononiam, Tridentum indicta fuerint, rectisſime Principes & Status Proteſtantes, ipſi Conſtitutioni, in quâ ſemel Jus quæſitum obtinuerant; inhæſerunt.

VIII.

Exceptionem quoq; loci non tuti opponere potuerunt Proteſtantes. Locus non tutus definitur in Jure non tantùm, ſi quædam injuria timendâ, vel periculum quoddam immineat, aut in ipſo, ad quèm citatus eſt, loco, aut in locis, per quæ traſeundum eſt, *vid. Zanger. de Except. p. 2. c. 5.* Verum etiam, ſi quis in loco præfixo multos ſe noverit habere hoſtes & adverſarios; Idemq; æquisſimum cenſuit & reſcripſit Innocentius III. Pontifex *in c. cum R. Canonicus X. de offic. & poteſt. Jud. deleg.* Jam agendum erat Proteſtantibus, in locis extra Imperium indicti Concilij propter vicina præſidia, meritò ſuſpectis; & non niſi cum ijs qui Edicti veteris Wormatienſis immitis & cruenti executionem urgebant ſtrenuè, quiq; tritum illud in hæreticos, quô nomine noſtros, pesſimè appellant: ſubinde ſtringunt, Enſe, rotâ, Ponto, funibus, igne neca.

IX.

Datum fuiſſe Theologis Proteſtantium ſalvum conductum, Pontificij regerunt; qualem ſecuritatem, ipſam citationem citato tribuere, alias notum eſt: Neutrum

trum ſufficit: Citatiò ab eo emiſſa erat, qui citandi poteſtatem non habebat: & licet pleniſſima ſecuritatis cautio facta fuiſſet: quod tamen ſemper deſiderarunt noſtri; metum tamen juſtisſimum incutere poterant, tùm Johannis Huſſi Exemplum; tùm illud Pontificiâ autoritate inculcatum brocardicum; Hæreticis non ſervandam eſſe fidem; quod tamen piè ac generosè averſatus eſt Carolus V. Imp. Eccium, de fide Luthero datâ non ſervandâ, ſollicitantem ita repellens, Fidem etiam toto terrarum Orbe exulantem, apud Imperatorem tamen *immaculatam* permanſuram.

X.

Nihil ergo Noſtris imputari poteſt, ob declinatum Concilium Tridentinum: Falſo etiam jactatur abrogatio Pacis Religioſæ. Nulla enim tractatio, ne dum compoſitio Religionum ibi facta: Ideò poſt Concilium illud, Pax Religioſa Anno 1566. à Maximil. II. fruſtrà in contrarium nitente, & executionem Concilij Tridentini urgente Pontifice; per omnia confirmata eſt, additis diſertisſimis verbis in §. und nach dem den nicht weniger / ibi es erfolge die viel angemelte Religionß vergleichung uber kurtz oder lang / oder aber (welches nicht zu verhoffen) zumahl nicht / &c. Quod & factum à Rudolpho II. Anno 1582. §. welche von wegen / Matthia Anno 1613. §. ſo ſind wir auch / ut & à Ferdinando II. & III. in Capitulatione Cæſarea §. wir wollen auch in dieſer unſerer Zuſage. Imò ipſi Pontificij abrogationem Pacis Religioſæ, noluerunt urgere ulterius in Comitijs Imper. de Anno 1594. *vid. Syring. ap. ...arum. theſ. 49. in fin.*

APPO-

APPOSITIO HISTORICA,

Sive

Recenſio Epiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS

Anno 1548. cum de Concilio ritè habendo, mora interveniret. Carolus V. Imperator negotium quibusdam dedit, Julio Pflugio Epiſcopo Numburgenſi, Michaeli Sidonio, & Johanni Islebio Agricolæ; ut, & doctrinæ & ceremoniarum, & emendationis Eccleſiaſticæ capita conſcriberent, quod & præſtiterunt, edito libro, INTERIM nuncupato, cujus Capita hæc erant.

Primò tractabat de conditione hominis ante lapſum & poſt lapſum, de redemptione per Chriſtum, de charitate & bonis operibus, de fiducia remiſſionis peccatorum, de eccleſia, de votis, de poteſtate, de miniſtris eccleſiæ, de ſummo Pontifice, de ſacramentis, de ſacrificio Miſſæ, de memoria, invocatione & interceſſione ſanctorum, de memoria eorū qui piè mortui ſunt, de communione cum ſacrificio jungenda, de ceremonijs & uſu ſacramentorum. Hæc autem inter alia docentur. Opera illa, quæ præter mandatum Dei piè vel honeſtè ſuſcipiuntur, & quæ vulgò f.369.

dicun-

dicuntur opera ſupererogationis;eſſe commendanda : non poſſe hominem ſine dubitatione ſuæ imbecillitatis credere peccata ſibi eſſe remiſſa:eccleſiam habere poteſtatem interpretandi ſcripturas,ex ÿs eliciendi & explanandi dogmata,poteſtatem juris dicundi,de rebus dubÿs judicandi per ſynodum,& condendi leges: unum eſſe, qui cæteris omnibus præſit, ſummum Pontificem, ob prærogativam Petro conceſſam : huic univerſæ eccleſiæ gubernationem eſſe demandatam à Chriſto,ſic tamen,ut cæteri etiam epiſcopi partem ſolicitudinis habeant in ſua quisq; Eccleſia: confirmatione & chriſmate accipi ſpiritum ſanctum, ut inſidÿs diaboli carnis atq; mundi reſiſtatur,& hujus ſacramenti miniſtrum eſſe duntaxat epiſcopum : ſacerdoti enumeranda eſſe peccata,quæ veniunt in mentem : ſatisfactione,quæ in pœnitentiæ fructibus conſiſtit, maximè in jejunio, eleemoſyna, precatione, peccatorum cauſas excindi, & temporalem pœnam vel tolli vel mitigari: unctionem ſacram inde ab Apoſtolorũ ætate nobis eſſe traditam, ut vel corpori ſubveniat, vel mentem ipſam adverſus ignita tela diaboli muniat : adhibendam igitur eſſe tunc, quum vitæ finis imminere videtur : matrimonium ſine parentum aſſenſu contractum, debere eſſe ratum, ſed liberos tamen pro concione monendos, ut parentes in conſilium adhibeant : Chriſtum in ultima cœna ſacramentum inſtituiſſe ſui corporis atque ſangvinis : primùm,ut à fidelibus illud ſumeretur,veluti cibus animæ ſalutaris,deinde, ut in ipſius mortis memoriam offerretur : nam duo eſſe omnino ſacrificia Chriſti,unum, in cruce cruentum, alterum, quo ſub ſpecie panis atq; vini, corpus & ſangvinem ſuum ipſe patri obtulit,& pòſt,apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus illud in ſui memoriam peragendum ad finem uſq; ſeculi commendavit : illo quidem genus humanum fuiſſe reconciliatum patri, ſed hoc non cruento, ſiſti Deo patri & repræſentari Chriſtum, non ut denuò peccatorum remiſſionem merea-

mur, ſed ut morte Chriſti paratam reconciliationem fide nobis applicemus: in hoc ſacrificio, quo mortem Chriſti recolimus, memoriam eſſe celebrandam ſanctorum, ut ad Deum patrem pro nobis intercedant, ſuisq́ nos meritis adjuvent: complectendos etiam eſſe mortuos, Deoq́ commendandos. Poſtea præcipitur, ut ceremoniæ veteres, quæ baptiſmo ſolent adbiberi, retineantur omnes, exorciſmus, abrenunciatio, fidei profesſio, chriſma, item, ut in ceremoniis, quæ Miſſæ adhibentur, nihil mutetur: in ſingulis oppidis atq́ templis quotidie duæ Miſſæ ad minimum peragantur, ruri autem & in vicis, una, præſertim, diebus feſtis: in canone Miſſæ prorſus nihil immutetur, & reliqua omnia ſerventur juxta vetus præſcriptum: ſi quid tamen irrepſit, quod ſuperſtitioni cauſam dare posſit, tollatur: veſtes, ornamenta, vaſa, cruces, altaria, candelæ & imagines, velut monumenta quædam retineantur: preces ordinariæ & pia illa pſalmodia minimè tollantur, & ubi ſublata ſunt, reſtituantur: mortuorum exequiæ, de more veteris eccleſiæ peragantur, divorum quoq́ dies feſti, ſed & illi, quibus decretæ ſunt ſupplicationes, colantur: pridie paſchatis & pentecoſtes aqua baptiſmi præparetur conſecratione ſolenni: luxus frenandi, & animi ad officia pietatis excitandi cauſa, certis diebus ab eſu carnium abſtineatur, & jejunetur: poſtremò, licet optandum ſit, plurimos inveniri miniſtros eccleſiæ, qui caſtè vivant, tamen, quòd multi paſſim uxores habeant, quas nolint repudiare, neq́ ſine gravi turba mutari nunc iſtud posſit, expectandum eſſe concilii decretum: idem quoq́ placere de iis, qui cœnam domini ſub utraq́ ſpecie percipiunt: ſic tamen, ne reprehendant eos qui diverſum faciunt. nam ſub utralibet ſpecie, Chriſti corpus atq́ ſanguinem contineri totum.

Huic libro tum Pontifex contradicebat, tùm

Digitized by Google

Argentinenſes aliæq; Civitates Imperiales: quod ex Sleidano repetes fol. 370. f. 374. f. 388.

Anno 1550. Comitia Imperij *Auguſtam Vindelicorum* indicit *Cæſar;* ibiq; decretum promulgat, &c.

f. 43. *Quia religionis, inquit, hoc tam grave diſſidium, nulla ratione melius quàm per generale, pium, liberumq; concilium ſedari poteſt: deinde, quia ſuperiori in conventu concilio ſe ſubmiſerunt ordines, in eoq; permanent, fixum hoc erit atque ratum. quod etiam ipſe tum promiſi, ſtudio & diligentia omni curabo, ut ordine & rectè omnia fiant. Et cùm ad omneis orbis Chriſtiani provincias pontificium hoc diploma pertineat, equidem futurum arbitror, ut omnes reges atq; dynaſtæ, ſui memores officij, morem gerant, proque ſua virili parte tam pium opus adjuvent. Quicquid etiam in eo me facere convenit, ut eccleſiæ advocatum & conciliorum defenſorem, id præſtabo: & quicunque venturi ſunt ad concilium, ſive religionem mutarint, ſive non, ijs eorumq; legatis publica fide cavebo, ut ibi commorari, & quicquid ad eorum conſcientiæ quietem pertinere putabunt, in medium adducere, ac deinde tutò ipſis domum redire comitatu publico liceat: adhæc, operam dabo, ut res tota, piè & Chriſtianè, ſemotis affectibus, juxta ſacram ſcripturam & patrum doctrinam tractetur & definiatur, ut tam politicus quàm eccleſiaſticus ordo reformetur, ſublatis erroribus atq; falſis dogmatis. Intra fines Imperij, vel in propinquo ſaltem permanere, & tueri concilium cogito, ut ad optatum finem decurrat, ejusq; fructus ad omneis perveniat, & ſit inprimis Germaniæ ſalutaris. Principes igitur omneis & ordines, præcipuè tamen eccleſiaſticos, & eos qui religionem mutarunt, quiq; conjuncti ſunt Auguſtanæ confeſſioni, depoſco & adhortor, ut pontificium*

Digitized by Google

ficium diploma ſecuti ſeſe comparent, & inſtructi veniant, ne poſt aut acceleratione nimia circumventos, aut ad ſua cauſa juſtam explicationem non ſe fuiſſe querantur admiſſos. nam ut dixi, fidem eis præſtabo, & ut quantum ſatis eſt, audiantur, efficiam. Ad juris dictionem & bona ſacra quod attinet, curaturum ſe dicit Cæſar, ut appellatus ab ijs, quorum intereſt, jus ipſis dicat, quò ſuum quiſq; recuperet & conſequatur.

Anno 1551. reſtauratum eſt Concilium Tridentinum, quò Mauritius Elector Sax. ablegavit Wolfium Colerum & Leonhardum Badehornum Jureconſultum: Hi apud Cæſaris Oratores Franciſcum Toletanum, Hugonem Comitem Monfortum, & Guilelmum Pictavium mandata ſua exponunt, d. 10. Januarij Anno 1552.

Et initiò commemorant, quemadmodum Theologis venturis non ſatis idoneè cautum ſit à concilio, & hanc eſſe cauſam, cur princeps neminem miſerit: optimè quidem ipſum erga rempublicam affici, & cupere vehementer aliquam iniri concordiæ rationem: itaq; decreviſſe omninò mittere de ſuis, viros bonos & pacis amantes, neque dubitare, quin alij plariq; ſint idem facturi: verùm, ut id fiat hac ipſius eſſe poſtulata primùm, ut ad formulam decreti Baſilienſis caveatur ijs, qui ſint venturi, ſicut Bohemis cautum ſit olim: ut ab actione ceſſetur interea, dum illi veniant: ut, cùm venerint, anteacta omnia retractentur, & dies conſeſſui deſignatus prorogetur: ut concilium habeatur, in quo nationes omnes atq; populi conveniant: ut ne præſidis authoritatem ſibi ſumat pontifex, verùm concilio ſe ſummittat, & jusjurandum epiſcopis omnibq remittat, quò libera ſint omnium f. 435.

 in

in concilio voces, & minimè præpedita judicia: hæc etiam ſe, cùm viſum fuerit, in cœtu patrum velle copioſius explicare, ac petere, ut primo quoque tempore aliquid conficiatur: jam enim eſſe in via, & ad quadraginta circiter milliaria proceſſiſſe theologos, & expectare modo, dum vocentur.

Legati Cæſaris, Mauritianis ante diem conſeſſus reſpondent Et exponunt.

f.433. *Quid in ipſorum cauſa cum patribus egerint: impetraſſe qualem optarint, fidei publicæ cautionem: intermitti quoque actionem, & extractum iri, dum illi veniant & adeſſe poſſint: quòd non omnes eò nationes atque populi conveniant, id à patribus non poſſe præſtari: concilium eſſe legitimè indictum: etiamſi non omnes veniant, nihilo tamen minus dignitatem ei ſuam conſtare: ut decreta facta retractentur, conſiderent ipſi, quàm id non deceat: pertinere enim ad dedecus & infamiam tanti conventus: veniant modò theologi: fore, ut & de rebus omnibus audiantur, & humaniſſimè tractentur: ſi quid autem offendat aut iniquius fiat, ſi prægravari ſeſe videant, habere ipſos liberam diſcedendi, cùm volent, facultatem: petere ſeſe majorem in modum, ut temporibus aliquid tribuant, nec omnia ſibi velint hoc uno momento concedi: cùm ad actionem ventum fuerit, tunc pleraque poſſe per occaſionem obtineri, quæ nunc duriora videantur: patres admodum eſſe cupidos emendationis, neque defuturos etiam officio, & admodum expetere theologorum adventum, quibus omnem benevolentiam atque fidem ſint præſtituri, & habere quæ proponant, magni quidem momenti, & cupere ab illis initium fieri, quò per hanc occaſionem & ipſi prodeant: quòd etiam de ſubmiſſione pontificis petant, orare, ut ſint in eo remiſſiores: videre ac intelligere patres, non eſſe nihil, quod in eo faſtigio & reprehendi poſſit & corrigi debeat:*

ſed

ſed tamen ſubtili quadam ratione progrediendum: Cæſaris hanc eſſe mentem ac voluntatem, ut omnia ritè fiant atq; legitimè: quàm molliter autem quamq; diſſimulanter cum pontificijs legatis agendum ſit, experiri ſeſe quotidie: nimirùm dexteritatem in eo ſingularem adhibendam, & arte tractandos: acquieſcant igitur ijs, quæ modò concedantur, quæ ſanè magno ſuo labore ſint impetrata, dentq; operam, ut theologi accelerent: ſe tum publico tum privato nomine nihil prætermiſſuros officij.

Mauritiani, unà cum Legatis Würtenbergicis, formulam cautionis cum Baſilienſi illâ conferunt, cujus hæc inter alia erant capita.

Ut Bohemi decidendi quoque facultatem habeant: ut ſacra ſcriptura & veteris eccleſiæ praxis, & concilia, & interpretes, cum ſcriptura ſacra conſentientes, in omni controverſia ſint loco judicis: ut ipſis domi liceat ſua ſacra perficere: ne quid in ipſorum doctrina contemptum aut vituperationem fiat. f. 434.

Ex ijs, quia primum & tertium erant omiſſa, ſecundum & præcipuum plane mutatum; Ideò novam formulam ad exemplum Baſileenſis conſcribunt & Toletano offerunt, qui moleſte id ferre & ſtomachari cœpit.

Cur enim eo non ſint contenti, ait, quod ſumma ipſorum diligentia ſit magnoq; labore confectum? ijs qui venturi ſint, abundè proſpectum eſſe in omnem partem, hoc enim eſſe primum, in quo tutus itus atq; reditus contineatur: cætera nihil eò conferre, ſed ad agendi modum pertinere tantùm: id autem præſentibus theologis multò melius, quàm nunc, poſſe conſtitui. f. 434.

Digitized by Google

Reſpondent illi, non ſibi licere fines excedere mandati, quod ſit ejusmodi, ne diverſam à Baſilienſi formulam accipiant.

Poſtea aliam cautionis formulam Cæſareani tradunt Mauritianis & Würtenbergicis, in qua cum nihil de ijs, quæ monuerant ante, mutatùm deprehenderent, prioribus poſtulatis inſtant, quibus reſpondet Pictavius in ædibus Toletani.

f.435. *Quòd decidendi facultatem ſuis concedi poſtulent, præmaturè ab ipſis fieri: præſentibus theologis, & in opere ipſo, multa fortè per occaſionem poſſe tribui, quæ jam recuſentur: quòd ſacram ſcripturam ſolam velint eſſe judicem omnis controverſiæ neminem quidem repugnare, ſed cùm de ſcripturæ interpretatione lis oritur, cui potius credendum ſit quàm concilio? ſcripturam eſſe rem inanimem atq; mutam, ſicut etiam ſint reliquæ leges politicæ: judicis autem accommodandam ei vocem, ut rectè percipiatur: eam ſanè concilij eſſe vocem & hunc morem inde ab apoſtolorum ætate ſemper obſervatum, rebus dubijs exortis: quòd domi ſuæ velint tractare Sacra, nō quidem ipſis palàm concedi, ſed tamen etiam non prohiberi: ne quid in ipſorū religionem atq; doctrinam protervius fiat, non eſſe quod vereantur, & ſeverè prohibitum iri: nam & Cæſarem ita velle, & patres etiam verborū immodeſtiam omnem odiſſe: cumq; pacis cauſa conveniatur, nulli fore ſuam impunitam protervíam & intemperantiam: ut autem Decreta facta repetantur, orare, ne velint hanc tantam maculam inurere tot viris præſtantibus: fidem ſe interponere ſuam & reſpondere, cùm illi venerint, de rebus omnibus auditum iri: quòd pontificem in ordinem cogi, & jusjurandum remitti velint, quoniam hoc ad ipſum propriè pertineat, nihil à patribus decerni poſſe prius, quàm ad illum referatur.*

Digitized by Google

GRATIOSO SPIRITU DIRIGENTE
THESIUM SECULARIUM
AD

PACEM RELIGIONIS

DE ANNO cIↄ Iↄ LV.

PROPOSITIO DUODECIMA ET ULTIMA.
PRÆSIDE

GOTTFRIDO SUEVO D. & P. P.

RESPONDENTE
ANDREA ALBERTO Freybergk/ Goslariâ Sax.

I.

VT acquirendi Juris ita retinendi & conſervandi ejusdem; legitimi modi ſunt conſtituti *l. ult. ff. de ll.* Quibus itaq; liberum Religionis Exercitium ex Pacificatione Religioſâ competit; adverſus turbatores juſtis tueri ſe modis poſſunt; aliter tamen adverſus privatum, aliter adverſus Magiſtratum. Adverſus privatum turbatorem, ſi Judicis copia haberi non poſſit; (is enim cumprimis adeundus eſt, nec permittendum ſingulis, quod publicè per Magiſtratum fieri poteſt) in caſu neceſſitatis, injuſtam oppresſionem & violentiam juſtà vi reprimi poſſe, Jure, omni permittente dixerim: Adverſus Magiſtratum verò, qui ſubditum in Religionis & conſcientiæ libertate turbat, vim reſiſtentem omninò diſſuaſerim, tolerantiam potius, patientiam aut imminentis vitæ, cruciatuumque periculi legitimam averſionem ſuaſerim, donec vindicandi ſe in libertatem conſcientiæ, juſta ſe offerat via. Ordinatio Dei Magiſtratus eſt, Apoſtolus ait; non niſi religiosè & ſanctè habenda. Reverebatur maximo-

 pere

pere David manum in unctum Domini, ipſi tamen adverſarium, mittere; Et excuſabat Paulus, duriuſculè dictum in ſummum Pontificem Ananiam: quo tamen jubente aut connivente iniquum paſſus erat: Et præceps nimium eorum Judicium eſt, qui Principem, contra conſcientiam aut jura ſubditorum tentantem quid, ex Magiſtratu, privatum fieri contendunt. Pater, licet impius, tamen Pater eſt. vid. Syring. ap. Arum. theſ. 51. adde egregiam Philippi Landgravij orationem conſimilis argumenti ap. Sleid. lib. 5. ſub Anno 1525. Nordermann. de Jure Principat. th. 36. & ſeqq. Reinking. de Reg. ſec. & Eccl. lib. 2. claſ. 3. c. 2. n. 10.

II.

Quod ſi Princeps & Magiſtratus ſupremus contra conſcientiæ libertatem in Religione turbet, ita ut via Juris illam obtinendi nulla ſit ratio; quin pro tuendâ & defendendâ ea à ſubditis, qui Magiſtratus ſimul ſunt, bellum juſtum ac legitimum ſuſcipi poſſit, non ambigitur. Sunt n. Proceres & Status Imperij Romani, Defenſores & Protectores fidei, uti vocantur in Rec. Imper. Noribergæ de Anno 1524. §. als auch vielgedachte/ibi die Stände des heil. Reichß als Schützer und Schirmer des Chriſtl. Glaubens. Unde, quid pro juſtitiâ belli & fœderis Smalcaldici, de quo Sleidan. lib. 24. commentar. afferri poſſit facilè conſtat. *vid. Waremund. ab. Erenberg. in meditam. pro fœder. c. 2. n. 24. & ſeqq. Dn. Carpz. de Leg. Reg. German. c. 6. Sect. 8. Reinking. d. c. 2. n. 10. & ſeqq. Cran. de P. R. p. 2. probl. 5. connex. 3. & ſeqq.*

III.

Alia Quæſtio eſt, an ad propagandam Religionem juſtè ſuſcipiatur bellum? quod rectè negatur: cum *Waremun-*

Digitized by Google

remundo ab Erenberg d.tract.c.1.n.65. Henrico Becero, de Bello lib.1 c.6 Obrechto diſp.1 de bello theſ.245. Ita Populus DEI, Judaica gens, propagandæ ſuæ Religionis & Idolomaniæ expellendæ causâ; bellum nunquam ſuſcepit niſi ex ſpeciali mandato DEI, vel ad ulciſcendum injuriam aliam. Ad hæc propagare Religionem, Dei opus eſt, non arbitrij aut armorum humanorum: niſi divina vocatio aut inſtructio ſpecialis acceſſerit, quæ Heroibus quibusdam arma induat; qualia exempla in ſacris extant.

IV.

Sicut bellum, ita & confœderatio prodefendendâ Religione ſuſcipi & iniri Jure poteſt. Non itaq; improbanda eſt confœderatio Belgicorum Statuum quam inierunt Anno 1565. neq; propterea Criminis Læſæ Majeſtatis adverſus Regem Hiſpaniæ incuſari poſſunt. Simile Judicium ferendum eſt, de Unione Evangelicorum Anno 1610 Halæ Suevorum initâ pro defenſione Religionis, & tranquillitatis, & concordiæ publicæ conſervatione: absq; ulla adverſus Imperatorem aliosq; Status præſumptâ vel ſuſcipiendâ injuriâ, quas rationes expoſuerunt edito publico ſcripto im gemeinen Außſchreiben der Unirten Evangeliſchen Churfürſten / Fürſten und Stände / auß was Urſachen ſie ſich in eine ängere Correſpondentz begeben de Anno 1610. Plura vid. ap. Dn. Carpz.d.loc.c.6 ſect.10.

V.

Controverſijs in negotio Religionis utriusq; incidentibus, forum & Judex competens eſt Camera Imperialis; per textum expreſſum in Pacif. Religiosâ de Anno 1555. §. Wir befehlen und gebietten auch hiermit und in krafft dieſes unſers Reichß Abſchiedes / den Keyſerlichen

the Cammerrichtern und Beyſitzer das ſie ſich dieſem Friedſtand gemäß halten und erzeigen auch den anruffenden Partheyen/ darauff/ ungeacht/ welcher der obbemelten Religion die ſein/ gebührliche und nothdürfftige Hülffe des Rechtens mitheilen. Gail.lib.1. obſerv.2.ubi rectiſſime deducit, Cameræ Imperialis Idictionem in cauſis Conſtitutionem Pacis Religioſæ concernentibus eſſe fundatam, licet in ſupplicationibus non diſertè addita ſit clauſula, turbationem illam Religionis intuitu factam eſſe; ſed in genere ponatur turbationem fieri in perſonâ ſupplicantis, vel ejus bonis, contra diſpoſitionem Pacis Religioſæ, ſive turbatio violenta ſit, ſive injurioſa §. und damit ſolcher Friede Cran. p. 3.problem.4.connex.51. Syring.c.14. pag. m. 149. ex quo ſolo qualitas Idictionem Cameræ fundans ſatis deſumi poteſt. vid. Cran. p.3. de. P. R. Problem. 4. Syring.ap.Arum.th.508. Eliguntur autē decidendis hiſce controverſijs Judices & Aſſeſſores Cameræ utriusq; Religionis, pari numero: ex Tranſact. Paſſav. art.17. da mit ſich kein Theil des uberſtimmens für andern zubefahren. vid. Denais.in Proceſſ.Cam.tit 181.Auſtregarum verò Judicium in controverſijs Religionis nullum ſibi locum vindicat.arg.Ordin.Cam p.2.tit.9.§. wir wollen auch. Springer.*de P.R.c.14.pag.m.145.*

VI.

Quanquam autem, in d.Conſtit.Pac. Cameræ Imperialis tantùm non & Conſiſtorij ſive Regimenti Imperatoris Aulici, des Kayſerlichen Reichßhoffrathß mentio fiat, non tamen excludenda videtur ejus Idictio in cauſis ad Pacem Religioſam pertinentibus. Springer. de P.R. c.14.pag.m.142. idemq; ap. Arum.theſ.54.lit.b. cum hacte-

hactenus frequentiſſimo calculo receptum ſit, Imperatorem cum Camerâ concurrentem habere Jurisdictionem, vid. Caſp. Leopoldt. de concurrentiâ, idict. Dan. Otto de I. P. c. xi p. mihi 348. cum pluribus ibid. allegatis. Quod & ipſi Status Proteſtantes non diffeſſi ſunt in ſcripto quodam de Anno 1555. quod refert Autor der Donawertiſchen Erinnerung, p. 152. ubi interceſſionem Ferdinandi Regis petierunt damit Kayſerl. Majeſtat/ den Hoffrath mit teutſchen erfahrnen/ redlichen/ täuglichen Perſohnen beſetzeten/ durch welche der Stände und Unterthanen/ auch gemeine des heiligen Reichs obliegen und ſachen jedesmahl Keyſerlicher Majeſt. anbracht/ referiret, Decret und Beſcheid förderlich gegeben werde. Remiſit quidem Ferdinandus I. Imperator Anno 1564 cauſam des Cloſters Chriſtgarten contra der Graffen von Ottingen/ ad Cameram his verbis das Kayſ. Maj. ſolche Sache als ohne mittel dem Religionfrieden anhängig von dero Hofe gäntzlich ab/ und an das Cammergericht gewieſen haben wolte; Id tamen non neceſſitatem aliquam, aut Jurisdictionis abdicationem importat, cum illud, juſtis de cauſis; vel ad petitionem Proteſtantium vel ne ſuſpicionem apud eos incurreret, vel ut litis moleſtiam evaderet, vel quod continẽtia alterius in Camerâ pendentis cauſæ ſubeſſet, fecerit. Fuſiſſimè tractat hanc quæſtionem Cran. de P.R. part. 3. problem 1. eamq; longi ſubſellij & ad lapſum lubricam concertationem vocat; ipſe tamen collatis utrinq; argumentis in Conciliatione in Negativam deſcendere videtur, & in eandem ſententiam inclinarunt Legati Ordinum Imperij Proteſtantium in Relatione ſub dat. Regenſpurg d. 7. Aug. 1613. ex quà ſubjungit quæ-

dam ibidem. Tandem Judicium ſuum ſuſpendit, & tantam rem Cæſareæ Majeſtatis, omniumq; Imperij Ordinum judicio & deciſioni ſublimiori ſubmittit. Cœterum ſtante vel præſuppoſitâ ſententiâ affirmativâ: circa eligendos Judices Conſiſtorij Aulici in cauſis Religioſæ Pacis, idem obſervandum erit, quod de Camerâ Imperiali diximus in theſi præced.

VII.

Fundata eſt Idictio Cameræ in cauſis Religionem concernentibus, tum in prima tum in ſecundâ Inſtantiâ ſive per modum ſimplicis querelæ, ſive per viam appellationis cauſa ad Cameram devolvatur; itq; ob generalitatem. §. wir befehlen/ in Pacif. Relig. & ut moleſtatis aut turbatis in Religione, eoq; nomine ſupplicantibus, eò maturius ſubveniatur. *vid. Springer. de P. R. c. 14. pag. m. 143. & ap Arum. theſ. 54. lit. c.* Neque opus eſt, ut uterque litigantium, Imperio immediatè ſit ſubjectus; quod requirit P. Frider. de Proceſſ. lib. 1 c. 28. n. 4. Id verò Stylo Cameræ in perſonâ Actoris non conforme eſſe, & mandata adverſus inferiores Magiſtratus decerni, ait Springer. d. c. 14. p. 144 ne ſubditi à Magiſtratu in cauſâ Religionis gravati, auxilio deſtituantur Id. ap. Arum. theſ. 55. lit. b. Cumque in Pacificat. Religioſa de Anno 1555. §. Wir befehlen und gebieten Cameræ Idictio fundata ſit, abſque differentiâ mediatorum & immediatorum; conſequens eſſe videtur, etiam mediatè ſubjectos in Pacem Relig. delinquentes, mox in primâ Inſtantiâ omiſſo Judice ordinario in Camerâ conveniri poſſe, quod tamen dubio non caret, vid. Cran. de P. R. p. 3. probl. 2.

VIII.

Neque Clericus, in cauſis Pacis Religioſæ à Juris-

dictio-

dictione Cameræ Imperialis eximere ſe poterit: licet aliàs eum Judici Laico ſive ſeculari prorſus non ſubeſſe, nec Jurisdictionem ejus prorogare, aut foro ſuô renunciare poſſe acriter, ſed ſine juſtâ ratione, contendant Canoniſtæ, Indiſtinctè loquitur Conſtitutio Pacis Relig. & adverſus omnes turbantes auxilium pollicetur in d. §. wir befehlen und gebieten; Quod de Clericis immediatè Imperio ſubjectis, qui feuda Regalia ab Imperatore obtinent, affirmat Juſtus Springer de P.R.c.14.pag. m.147. & præjudicia in Camerâ contra Coloniens: Herbipol. Epiſcopos & Abb. Fuldens. allegat, mediatos verò Clericos, coràm Prælato ſuo Ordinario conveniendos ait. Indiſtinctè tamen, etiam contrà mediatos Canonicos ſuper Conſtitutione de Pignorationibus & Areſtis ex ſtylo Cameræ mandata decerni, idemq; in causâ Pacis Relig. fieri debere ſubjungit: de quo, ut & conſimili argumento in theſi præced: in fin. fortè in diſcurſu videbimus.

IX.

In Libello, præter congruam facti narrationem. applicationem & concluſionem, Loci cumprimis mentio facienda eſt, in quo vis facta ob Religionem: ne temerè mandata decernantur; ſed cognoſcatur, quænam poteſtas Domino loci de Religione Statuendi competat. Unde ob omiſſam loci mentionem libellum ſupplicanti redditum, & rejectum fuiſſe refert. *Syring. ap. Arum. th.56. & de P R. c.14. pag. m.149.* Quod & tunc factum fuiſſe, ſcribit. P. Frider. *lib. i. de Proceſſ. c 33 ſect. 3.* quando ſupplicans vocabulo Religionis Pontificiæ, Pontificiorum: Bäbſtiſche/ uſus eſt, cum Catholicam vel Catholicos appellare debuiſſet, perinde ut fit, in ipsâ Conſtit. Relig. Quam cautelam, ſupplicanti obſervandam eſſe: licet aliàs uſu loquendi & re ipsâ nihil differant; cenſet Cran. p.3. de. P.

2.problem.4. connnex.3.& Springer.de P.R.d.c.14.p.m.149. Quirin.Kubach.d Conſtit.Religioſi ap.Arum. c 11 n.7.

X.

Informato ac tradito ritè libello, Judicis officium ſuccedit, quod in eo eſt ut pro qualitate petiti & ipſius negotij ad ſupplicationem partis gravatæ vel nudam citationem emittat, vel ſi durabile gravamen ſubſit mandata decernat, de reſtituendo, relaxando, non turbando vel non offendendo amplius, eaq; vel cum clauſulâ vel ſine clauſulâ ſub pœnâ pecuniariâ vel banni pro arbitrio Judicis & facti circumſtantijs, *vid. Gylmann. Symphorem. ſupplicat pag. 214. & rer. judic. pag. 729. Cran. de P. R. p 3. problem. 5. & 6. Springer. de P. R. c. 14 pag. m. 151. & ſeqq.* Non aliter tamen citationes, Proceſſus aut mandata decernuntur, niſi ſupplicans, illi Religioni cujus cauſa pax Religioſa ſancita, vel ei quæ recentioribus Conſtitutionibus & Placitis Imperij in Conſortium Pacificationis aſſumpta eſt, addictum ſe eſſe probaverit: Prohibitæ enim in Imperio ſectæ, meritiſſimo ſuo repulſam ferent; vid. Receſſ. Imper. de Anno 1555 §. doch ſollen alle andere/ ſæpiſſimè hactenus allegatum, in cujus enodatione liberali & ſeculari hac Operâ Academicâ hactenus occupati, theſes illas & Propoſitiones unà cum Recenſione & appoſitione Hiſtoricà quantum ſub aliorum publicorum negotiorum incumbente mole licuit, contraximus. Quod ipſum dum supremâ aſſiſtente clementiâ, & Gratioſo Spiritu Dirigente ad finem, uti ſperamus felicem & utilem deduximus, mente devotiſſimà; æternâque gratitudine illud ſubinde ingeminamus

GLORIA SOLI DEO!

APPO-

Digitized by Google

APPOSITIO HISTORICA.

Sive

RecenſioEpiſtolarum & Orationum in Negotio Religionis habitarum & emiſſarum

EX SLEIDANO

De

STATU RELIGIONIS

Quomodo diſſolutum fuerit ſine ullo effectu Concilium Tridentinum, recenſet Sleid. lib. 23. pag. 438. & ſeqq.

Anno 1552. in Conventu Paſſavij pacis tractandæ causâ cum Mauritio & confœderatis habito, circa Religionis negotium ita convenit.

Intra ſextum menſem (ab initio nimirum menſis Auguſti) Cæſar aget Imperij conventus, ac tum, qua potiſſimùm ratione disſidium religionis componi debeat, deliberabitur: pacem interea colent omnes, & propter religionem nulla cuiquam exhibebitur moleſtia: quod autem de pacandæ religionis modo, communi ordinum conſilio, & interveniente Cæſaris authoritate, decretum fuerit, nimirum ut placidis & pijs & æquis rationibus componatur disſidium, id erit firmum atq; ratum. f. 461.

Anno 1555. Comitia Auguſtæ habita ſunt cujus actionis initium d. 5. Febr. Ferdinandus Rex hâc oratione fecit.

 Scire

f.488. Scire ipſos, quàm gravibus ac neceſſarijs de cauſis hunc conventum Cæſar, primùm ad Ulmam, poſt autem ad hanc urbem, & ut ſub Idus Novembris inchoaretur, indixerit: ſe quidem rogatu monituq; fratris eum ad diem optaſſe rem auſpicari, ſed conſtituendis domi rebus, ut per ſuam abſentiam rectè omnia fierent, & hoſti vicino poſſet occurri, ſi quid moliretur impeditum fuiſſe atq; tardatum: veruntamen ad vigeſimum nonum Decembris diem huc tandem adveniſſe, ut in commune conſuleret. quod etiam Cæſar inprimis cupiat, nimirum, ut quicquid ad gloriam Dei pertinet ac Imperij tranquillitatem, id de communi ipſorum omnium conſilio ſtatuatur: etenim, quanta Cæſaris diligentia, ſtudium, labor, ſolicitudo ſemper intervenerit pro ſumma ipſius in communem patriam charitate, ut & otium publicum, & ſublatis offenſionibus religio conſtitueretur, id eſſe notum atq; teſtatum, quum ex omnibus alijs, tum ex ijs, quæ poſtremis duobus conventibus facta ſint. decretis: quicquid etiam tum in ſe recepit ille, facturumq; promiſit, ipſa re præſtitiſſe: cujuſmodi verò, quamq; pernicioſi motus tam inteſtini, quàm externi præter omnem expectationem poſt inciderint. quibus omnia illa tam ſalutaria decreta, non impedita ſolùm atq; turbata ſint, verumetiam ſublata, maximo quidem reipublicæ cum detrimento, id omnibus ita conſtare, nihil ut attineat commemorare longius: in eo autem Cæſaris nullam intervenire culpam, qui nec offenſionis cauſam ulli dederit, & honeſtè ſemper egerit atq; conſtanter. & quæcunq; tandem ſit adverſariorum criminatio, publicam inprimis utilitatem ſpectarit: neq; ſe dubitare, quin & idem ipſi ſentiant, & eum hoc nomine purgatum habeant: cum igitur, ut his incommodis medicina fieret, conventum hunc Cæſar indixerit, ſtatuiſſe quidem ipſum actioni toti intereſſe, verùm & valetudine detentum & alijs negotijs non poſſe: neq; tamen diutius rem differre,

ré,

ri, ſed quamprimum inchoari voluiſſe, quò videlicet & malum ingraveſcens cohercceretur, & patria, qua nihil illi ſit antiquius, officium ſuum ipſe præſtaret: itaq; ſe conſtituiſſe vicarium, & plenam agendi ſibi feciſſe poteſtatem, ut rationes unà cum ipſis ineat, reipublicæ tum honeſtas, tum utiles, ad eamq; rem certos homines delegaſſe, ac ſibi attribuiſſe, qui ſimul idem agant: de religione vero primam eſſe futuram & præcipuam actionem: hoc enim disſidium, tum diuturnum, omnis perturbationis & calamitatis eſſe fontem atq; caput: & quòd plurimis nunc annis, tot hominum millia, non vitæ ſolùm, ſed animæ quoq; jacturam fecerint & æternæ ſalutis, huc eſſe referendum: id autem ita conſtare palàm, ut ampliori nihil ſit opus explicatione; lamentabile nimirum eſſe ſpectaculum & luctuoſum, eos, qui ſunt ejusdem baptiſmi, nominis, Imperij, linguæ, divelli ad hunc modum, in ejus fidei profesſione, quam tot ſæculis, veluti per manus traditam à majoribus acceperunt: multò autem eſſe gravius, quòd non una ſolùm orta eſt & altera, ſed plures quotidie ſectæ naſcuntur dum ſuam quisque vult opinionem tueri, quæ ſanè res & ad Dei contumeliam ſpectet, & charitatis vinculum diſſolvat, & mentes hominum perturbet, ſic ut promiſcua multitudo, quid ſtatuere debeat atq; credere prorſus ignoret: omnium autem eſſe graviſſimum, quod in his tantis erroribus, pleriq; ſenſim adoleſcunt, & tam ex prima nobilitate, quam ex aliis fortaſſe reperiuntur, qui rerum omnium ſecuri nihil planè credunt, neq; ſpectant quid ratio quid honeſtas, quid conſcientia deniq; præſcribat: hoc autem juventutis innoxiæ ſummo fieri tum incommodo, tum periculo: & certè, cumprimis fore deplorandum, ſiquidem Germania quæ jam ſæculis aliquot primam habuit virtutis & pietatis laudem, ideoq; florentisſima fuit, nunc eò recidat, & ſic degeneret, ut cum prophanis etiam olim gentibus comparari non posſit, & ne Turcis

 quidem

Digitized by Google

quidem etiam atq; barbaris hodie populis hac parte præferri debeat, & cenſeri melior: quòd autem hujus mali nulla ſit adhuc emendatio facta, licet crebri fuerint conventus, quod paucis ea res curæ fuerit, quod illi, quos inprimis decebat mederi, partim fruſtrà conniverunt, partim obſecundantes tempori ſuum in eo privatum emolumentum ſpectarunt, hac de cauſa Deum immortalem, multo jam tempore Germaniam omnem, & quoſdam ordines privatim, affligere varijs calamitatibus, ita quidem ut quæ regio populi frequentia, viribus atq; robore præſtabat olim, & vim omnem ab ſe facilè profligare poterat, ea nunc varijs dilacerata ſimultatibus, bellis atq; turbis tam civilibus quam externis, in ſummo diſcrimine verſetur, & ad interitum ſpectet, niſi illam Deus mirabiliter ſervet: opus igitur eſſe, pro ſe quisq; magiſtratus det operam, ut ſuum hic faciat officium, & religionis negocium, quo & Dei continetur honos & omnis vitæ honeſtas, inprimis commendatum habeat: porrò, componendæ religionis non unam antehac initam eſſe rationem: ſed ut œcumenicum, liberum & pium concilium interveniret, non Cæſari tantùm atq; ſibi, verumetiam ipſis omnibus optimam ſemper inde ab initio viſam eſſe viam, propterea quòd cum ſit fidei cauſa, non ad unum modò populum, ſed ad reliquas etiam omneis Chriſtiani nominis gentes pertineat. quæ nimirum huc etiam adhibendæ ſint, ut quicquid eſt ubiq; vitiorum, emendetur atq; tollatur: itaq; Cæſarem & pro ſuo munere, & ipſorum rogatu totis huc incubuiſſe viribus, & id perfeciſſe demum, ut ejusmodi concilium non ſemel & indictum ſit, & aliquoties etiam inchoatum: quid autem impedimenti ſingulis temporibus intervenerit, & cur ejus rei fructus ad rempublicam nullus redierit, id ſuo ſe loco relinquere neq; dubitare, quin ex ipſis complures, qui vel interfuerunt concilio, vel ſuos ibi legatos habuerunt, cauſam

Digitized by Google

ſam teneant: jam verò, ſi nihilominus ipſis placeat ut eadem concilij ratio quàmprimum repetatur, & locum obtineat: quod ipſum videlicet ab immortali Deo ſit ante omnia precandum, ſe profectò non aſſenſurum modò libenter, ſed omni ſtudio, fide, diligentia rem curaturum: & tunc quidem hoc ſolùm eſſe deliberandum, quomodò illa, quæ prius impedimentum attulerunt, auferri debeant atq; tolli: quòd ſi verò propter belli motus & reipublicæ tempeſtatem in aliud tempus magis tranquillum eſſe differendum videbitur, placere ſibi, ut aliæ piæ rationes atq; tolerabiles tractentur, ut interea populus & Ordines omnes pacatè vivant, & honeſta diſciplina contineatur, incolumi ſemper & gloria Dei & conſcientia: ſuperioribus quidem annis non ſemel mentionem eſſe factam concilij nationis, tanquam illud huc maximè ſit accommodatum: ſed quoniam illius & nomen & modus atq; forma noſtris temporibus, non admodum opinione quidem ſua, cognita ſit & uſitata, ſe nihil, hoc quidem in tempore, ſtatuere de eo poſſe: tertiam verò viam & rationem eſſe per colloquia non ſemel tentatam: ac licet nullam ad frugem ea pervenerint, tamen hoc deprehendi non pauca potuiſſe, & præcipua quidem conciliari, ſi quidem affectu verè pio res acta, neq; commodi fortaſſe, privati fuiſſet utrobiq; habita ratio, quod tamen nullius ad injuriam dictum eſſe velit: hac ergò de ratione cogitandum eſſe etiam: ac licet Cæſaris ea de re conſilium ac inſtitutum fidele prorſus, multò ſit aliter acceptum ſuperioribus annis, & utriſq; propè fuerit ingratum, ſe tamen, ſi nunc ipſis ita denuò videbitur, non illud improbare: ſi quoq; partes agant ſyncerè ſi depoſitis affectibus & obſtinatione remota, Dei gloriam tantum & communem ſalutem ſibi proponant, omnem in eo fidem ac diligentiam eſſe præſtiturum: aliam ſibi nullam, hoc tempore, quæ ſit idonea vi-

am apparere: ſi quid autem ipſi magis aptum habeant & expeditum, licere ut in medium adducant.

Auguſtus Elector Sax. miſſis ad Comitia Legatis, abſentiam ſuam excuſat, & Ferdinando Regi proponit.

f. 492. *Superioribus aliquot annis fratrem ſuum Mauricium inſtituiſſe ut ceremeniæ quædam & res mediæ per ſuam provinciam retinerentur in templis: id verò non modò non valuiſſe mandatum, ſed multorum etiam libellis & acerbis exagitatum fuiſſe convitijs: ita quidem ut in ſua deinde poteſtate non fuerit illud ſancire, niſi periculum ſibi creare vellet: itaq; multos deterreri, quò minus aliquid in eo tentent aut moliantur: jam ex diverſo, qui ſunt alterius partis, & Auguſtanæ confeſſionis doctrinam oppugnant, quàm non cogitent ullam inſtituere piam & legitimam emendationem, id ſatis eſſe notum è ſuperioris temporis actionibus, quandò vel per colloquia vel concilia res tentata fuit. Cùm igitur poſt tantos tot annorum labores & ſuſcepta conſilia, concordiæ via reperiri non poſſit, ita fortaſſe volente & ulciſcente peccata noſtra Deo, rogare ſe vehementer, ne librum illum, qui doctrinæ Chriſtianæ ſummam continet & Auguſtæ fuit olim exhibitus, habeat pro malo vel impio libro, ſed certo ſciat eſſe purum & pium ſcriptum, quod filium Dei ſalutis authorem nobis oſtendat, quod in doctrina plane conſentiat cum eccleſia veteri, cumq; præcipuis illis quatuor concilijs, quod opera verè Chriſtiana commendet & doceat, populumq; cohortetur ad obedientiam magiſtratui præſtandam. Itaq; ſi jam firma certaq; pax in his comitijs conſtituatur, non dubium eſſe, quin Cæſar & ipſe maxima ſibi poſſint per Germaniam auxilia in Turcam comparare, quum alioquin etiam hi qui ſunt Auguſtanæ confeſſionis, & quidem pla-*

riq;

riq́; nati & educati in ea religione conſtanter ſunt in illa ipſa permanſuri: niſi enim ejuſmodi pax detur qua religionem & ſacra quoq́; bona comprehendat, & ſi res in aliud comitium, ut iam ſæpe factum eſt, rejiciatur, deq́; die ducatur in diem; & populus in illo ſuarum rerum dubio ſtatu relinquatur, incertum eſſe, quàm id ſint omnes laturi patienter: etenim ut ipſe cateriq́; principes tranquilli ſint, ſuumq́; faciant officium & obedientiam præſtent, fieri poſſe tamen, ut etiam tenuis conditionis & obſcuri loci homines turbam aliquam excitent, & hanc ſtatus incertitudinem, periculiq́; metum propter religionẽ abducant, ijs præſertim in locis, quæ commoditatem ad ejuſmodi res moliendas præbent: cum igitur ea ſit Imperij fortuna, rogare ſe plurimum ut publicæ tranquillitati conſulat, quandò quidem agendi plenam habeat à Cæſare poteſtatem. Cæterum proximis his annis, à fratre ſuo Mauricio Paſſavij conditionem hanc fuiſſe propoſitam ſi fortaſſe disſidium religionis conciliari non poſſet, ut nihilo minus pax conſiſteret inviolata, donec integrè res componeretur: & licet eam conditionem tum non admitteret Cæſar, quòd ad univerſos Imperij ordines illam pertinere diceret, tamen quòd ipſe tum illam non improbarit, & tranſactioni diſertis verbis adjecerit, curaturum ſe diligenter ut æquabiliter in Comitio res ageretur, neq́; de religione ſuffragijs ineſſet ulla captio, confidere ſe propter hanc ipſam cauſam futurum, ut non ſolùm eos qui tum Paſſavij fuerint, ſed alios etiam ordines, inde ſtatim ab initio conventus hoc nomine ſolicitet ac pacem eis perſuadeat.

Habitis ſuper negotio Religionis Tractatibus Varijs Decretum hoc, ſeptimo Calend. Octobris palàm recitatum eſt, in hanc ſententiam.

Propter Auguſtanæ confeſſionis doctrinam, religionem atq́; f.035.
fidem,

ſidem, Cæſar Ferdinandus, Rex, cæteriq́ Principes ac Ordines, neminem totius Imperij quocunq́ modo violent, nec ad deſerendam religionem ſuam, ceremonias atq́ leges, quas in ſua ditione vel jam inſtituerunt, vel poſt hac inſtituent confeſſionis Auguſtanæ ſocij, mandatis aut alia quavis ratione cogant, neve contemnant etiam, ſed hanc religionem illis liberam permittant, ſimulq́ bona, facultates, vectigalia, poſſeſſiones atq́ jura ſic ut pacatè poſſint eis uti frui: diſſidium quoq́ religionis non alijs quàm pijs, amicis & tranquillis rationibus componatur. Eodē modo qui ſunt confeſſionis Auguſtanæ ſeſe gerent erga Cæſarem Ferdinandum Regem, cæteroſq́ principes ac ordines antiquæ religioni conjunctos, tam ſacros quàm civiles, erga cæteros omneis eccleſiaſtici ſtatus eorumq́ collegia, quocunq́ tandem illi migrarint habitandi cauſa, modo ut rectè procurentur miniſteria, ſicut infrà dicetur. his omnibus & religionem ſuam & ceremonias, & leges & poſſeſſiones & vectigalia, cæteraq́ jura liberè permittant, nec ulla ratione impediant, quo minus illis pacatè utantur fruantur, & quicquid erit offenſionis atq́ litis more ac legibus Imperij definiatur utrobiq́.

Cœtera capita ex ipſo Receſſu Imperij de Anno 1555. & Pacificatione Religioſa quam ſubjunximus Num. 2. prolixius repeti poſſunt.

Concluſio Operis

lib. 26. f. 512. *Ad decimumquintum diem Septembris Cæſar idoneam nactus tempeſtatem, adornata claſſe navigationem in Hiſpaniam ſuſcepit, & utramq́ ſororem Reginam Mariam, & Leonorā profectionis comites ſibi adjunxit. Sed antequam diſcederet, filio ſuo Regi Philippo totius Belgij adminiſtrationem tradidit. Fratri verò Regi Ferdinando Germaniæ Rempub. commiſit, literis ad Imperij Electores datis, quibus petit, ut tandem pro Romanorum Imperatore agnoſcere, eiq́ parere velint.*

Octobris die ultimo Joannes Sleidanus J.U.L. Argentorati è vita decedit, atq́ ibidem honorificè ſepelitur.

Digitized by Google

INDEX THESIUM.

In Diſputatione I.

1. *Hiſtorica, & generalia de Pace Religioſâ; ejusq; definitione &c.*

In Diſputatione II.

2. *Carolus V. potuit ſine conſenſu Pontificis, de Religione paciſci. th. 2.*

3. *Jdictio Pontificis, â Cæſare & Statibus potuit ſuſpendi. th. 3.*

4. *Jdictionem Eccleſiaſticam hodie exercent Principes & Status per Conſiſtoria. th. 4.*

5. *Pax relig. ſanctè aſſeverata ab Imperatore & Statibus. An Juramento æquipolleat. th. 5.*

6. *Cæſar nihil eidem contrarium decernere poteſt, nec abrogare, th. 6.*

7. *Per Pacem relig. omnibus antecedentibus Conſtitutionibus contrariis derogatum eſt, th. 5.*

8. *Nec declaratio aut interpretatio ei contraria admittenda, th. 8.*

9. *Pœna banni in violatores ejus conſtituta eſt, ibid.*

10. *Imperator & Status ad ejus obſervationem obligantur, th. 9.*

11. *Etiam Succeſſores Imperii. th. 10.*

In Diſputatione III.

12. *Calviniani ſub Pace Relig. non continentur. th. 1.*

13. *Proteſtantes tamen, eos tolerare maluerunt, th. 2.*

14. *An Calviniani ſint fratres Auguſtanæ Confesſionis. th. 3.*

15. *Ex Pacificatione Osnabrug. de Anno 1648. Pace Religionis fruuntur Calviniani. th. 4.*

16. *Vi Pacis Religioſæ, omnis violentia inqvietatio, in doctrinâ, ritibus, ceremoniis, bonis & Juribus, prohibetur, th. 5.*

17. *Callidè perſvadere & avellere ſubditos à Magiſtratu; prohibitum eſt, non item, informare. E. gr. Pontificium in Orthodoxâ religione. th. 6.*

18. *Liberam eſt Statibus, ſuſcipere Paſtores & Miniſtros Verbi, quot voluerint. th. 7.*

19. *Utriq; Parti permiſſum eſt, ſuæ tantùm Religionis homines ad ſacros ordines adſciſcere, th. 8.*

20. *Templa & loca ſacra pro lubitu extruere poſſunt. ibid.*

21. *Suſpenſio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ in Pacif. Osnabrug. confirmata eſt. th. 9.*

22. *Proteſtantes cognitionem de Veritate Religionis; Pontifici aut Epiſcopis non ſubjiciunt. th. 10.*

In Diſputatione IV,

23. *Vi Suſpenſæ Juriſdictionis Eccleſiaſticæ etiam cognitionem de cauſis Eccleſiaſticis à Veteri Jdictione exemptam, rectè ſibi aſſerunt Proteſtantes. th. 1.*

24. *Eccleſiaſticæ Perſonæ in territoriis Proteſtantium; eorundem Juriſdictioni & Conſiſtoriis Eccleſiaſticis ſubjectæ ſunt. th. 2.*

25. *Fundata eſt Jdictio Conſiſtorialium quoad perſonas Eccleſiaſticas in cauſis tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis; ut & delictis, quoad pœnas civiles & arbitrarias; non, in actionibus realibus, & criminibus, pœnam capitalem vel corporis afflictivam merentibus. th. 3.*

26. *Exemptio Clericorum, ab omni Poteſtate ſeculari, nullo Jure probatur. th. 4.*

27. *Cauſæ matrimoniales ſunt mixti fori. th. 5.*

28. *Diſpenſare in matrimonialibus, tantùm Princeps, ut Epiſcopus poteſt. th. 5.*

29. *Cognitio in cauſis uſurarum, cujus fori ſit. th. 6.*

30. *Cauſa Decimarum, beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Juris Patronatûs, cujus fori. th. 7.*

31. *Juramentorum materia cognitioni Eccleſiaſticæ ſubjacet. th. 8.*

32. *De Cenſurâ Eccleſiaſticâ; pœnâ carceris, ſuſpenſione ab officio & remotione. th. 9.*

33. *De Excommunicatione in noſtris Eccleſiis uſitatâ. th. 10.*

In Diſputatione V.

34. *An Patronus Auguſtanæ Confeſſionis ſuæ Religionis miniſtrum præſentare, Eumq; Collator Pontificius inſtituere teneatur. th. 1.*

35. *Tempus Patronis datum ad præſentandum Eccleſiæ miniſtrum, non à die vacationis, ſed notitiæ currit. th. 2.*

36. *Civitates Imperiales Jura territorialia habent, & ſic etiam liberum ac publicum religionis Exercitium. th. 3.*

37. *Id tamen Exercitium ad ſingulos cives Imperialium civitatum non pertinet. th. 4.*

38. Ci-

Digitized by Google

38. *Civitates Imperiales, Religionem mutare poſſunt in cujuscunq; etiam Religionis poſſeſsione fuerint, tempore Pacificationis Religioſæ. th.5.*

39. *Religionis utriusq; Exercitium in civitate Imperiali receptum ſine turbatione permanere debet. th. 6.*

40. *Cogi ad fidem nemo poteſt. ibid.*

41. *Nobiles immediatè ſubjecti Imperio Pacis Religioſæ ſunt capaces; & Jura territorialia habent, licet Statûs hodiè non ſint. th.7.*

42. *Nobilis immediatè Imperio ſubjectus idemq; ratione ditionis alicujus, Principi Pontificio ſubjectus, publicum Auguſtanæ Confeſsionis Exercitium introducere nequit. th. 8.*

43. *Privatim tamen pro familiâ ſuâ per miniſtrum verbi divini, habere illud non prohibetur. th. 9.*

44. *Nobiles alij & Landſaſſii; Proteſtantes Statui cuidam Catholico ſubjecti, ne quidem privatum illud Exercitium habent. th. 10.*

In Diſputatione VI.

45. *Poteſt Imperator vigore precum primariarum, in Collegiis Eccleſiaſticis Proteſtantium; aliquem Religioni illi addictum præſentare. th. 1.*

46. *Calendarium novum ſive Gregorianum Statibus Auguſtanæ Confeſsionis, invitis obtrudi non poteſt. th. 2.*

47. *De erroribus Calendarii illius, & an nota ſit Antichriſti remisſive. th.3.*

48. *Penes Imperatorem eſt, Calendarium emendare ac reducere. th. 4.*

49. *An autem id hodiè posſit, absq; Statuum conſenſu. th. 5. & 6.*

50. *Senatus Catholicus, cives Reformatæ Religionis, in civitate Imperiali ſimul habitantes; ad Calendarii novi receptionem cogere non poteſt. th.7.*

51. *An Magiſtratus inferior, ad Mandatum ſuperioris, novum Calendarium ſalvâ conſcientiâ recipere posſit. th. 8.*

52. *In Camerâ Imperiali pro Calendario Veteri ſive Juliano concluſum eſt. th. 9.*

52. *Lex Moſaica de celebrando Sabbatho partim moralis eſt, partim ceremonialis. th. 10.*

In Diſputatione VII.

53. *Jus emigrandi habent Subditi Auguſt. Confeſſ. è territorio Status Catholici. th. 1.*

Digitized by Google

54. *Fieri debet illa emigratio, ſalva emigrantium exiſtimatione & ſalvo Dominis, tùm in homines proprios, tùm detractionis Jure. th. 2.*

55. *Ubi non receptum eſt, Jus detractionis; nec emigrantes Religionis causâ eo onerandi ſunt. th. 3.*

56. *In computationem gabellæ ſive portionis detrahendæ, veniunt etiam Nomina & mobilia quæ diſceſſuri, in alio diſtrictu habent. th. 4.*

57. *Spatium, emigrantibus dandum, arbitrio Magiſtratûs permittitur. th. 5.*

58. *Facultas illa emigrandi, voluntatis eſt, non neceſsitatis. th. 6.*

59. *Non emigrare, ſed permanere volens ſubditus: in locis vicinis ſuæ Religionis Exercitium tutò requiret. th. 7.*

60. *Judæi tolerantur in Imperio, & an rectè, quibusve modis id fiat. th. 8.*

61. *Subditi Aug. Confeſſ. in territorio Status Pontificii ſecurè vivant, non violandi nec ſepulturâ privandi. th. 9.*

62. *Variæ Religiones in unâ Republ. an tolerandæ. th. 10.*

In Diſputatione VIII.

63. *An Status aliquis alterutri Religioni addictus; eam liberè mutare; & reditus in Religionis mutatæ uſum applicare poſsit. th. 1.*

64. *Status Eccleſiaſtici, an & quatenus à Pontificiâ Religione ſecedere poſſint. th. 2.*

65. *De diſceptatione circa §. vel articulum,* des Geiſtlichen vorbehalts *th. 3. & 4.*

66. *An §. ille* von dem Geiſtlichen vorbehalt / *contrariâ Imperii conſuetudine ſit abrogatus? th. 5.*

67. *An diſpoſitio dicti §. locum habeat ſi Epiſcopus &c. Conſenſu totius Capituli, Veterem Religionem mutet, th. 6.*

68. *An licitum ſit Juramentum; ab Epiſcopis Pontificiis exigi ſolitum, de non deſerendâ Pontificiâ Religione. th. 7.*

69. *An Vaſallus Religionem, vel Auguſtanam, vel Pontificiam mutans, feudo privari poſſit? th. 8.*

70. *Legatum, relictum ſub conditione, ſi Pontificiam Religionem amplexus fuerit, & in eâ permanſerit; an debeatur, conditione illâ non adimpletâ. th. 9.*

71. *Juramentum Religionis id eſt, de non deſerendâ orthodoxâ Religione, an rectè exigatur? th. 10.*

In

Digitized by Google

In Diſputatione IX.

72. *Bona Statuum Patrimonialia, tranquillè ab iis poſſideri debent. th. 1.*

73. *Bona Eccleſiaſtica, Deo ſemel dicata ad profanos uſus non transferenda. th. 2.*

74. *An Status Proteſtantes, beneficia Eccleſiaſtica, ad alios pios uſus transferre potuerint. ibid.*

75. *Eaq; ſic converſa ad pias cauſas certis requiſitis concurrentibus, in eodem ſtatu permanere debent. th. 3.*

76. *Eorum nomine, nulla Actio, aut interpellatio, nec Citatio, mandatum & proceſſus locum habet. th. 4.*

77. *Quid ſi Tranſegerint Partes ſuper illis bonis, ante Pacē Religioſā? th. 5.*

78. *An* §. dieweil aber etliche Stände/ *in Pacif. Relig. de naturali an de civili poßesſione ſit accipiendus? th. 6.*

79. *Bona à Proteſtantibus non occupata, Pontificiis relinquenda ſunt. th. 7.*

80. *Ex reditibus Dominus Territorii, ſicut olim, ita & poſtea, miniſtris Eccleſiarum & Scholarum ſtipendia exſolvenda ſunt, non attentâ Religionis diverſitate. ibid.*

81. *Duo eidem Religioni addicti, Parocho conjunctim Salarium dederunt; alter mutat Religionem, nihilominus ſalarium, & alia pia debita; antiquitùs dari ſolita, præſtabit. th. 8.*

82. *Controverſiâ circa conſtitutionem & ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ ortâ, quomodo procedendum ſit? th. 9.*

83. *Salaria illa an ad quantitatem tempore Pacis Religioſæ, reſtringenda; an verò pro ratione temporis augenda, & unde? th. 10.*

84. *Salaria an rectè accipiantur à Miniſtris Eccleſiæ? ibid. remiſſivè.*

In Diſputatione X.

85. *Immediatè ſubjecti Imperio, præter Nobiles Imperii liberos, an gaudeant Privilegio Pacis Religioſæ. th. 1.*

86. *Status Provinciales,* Landt Stände: *Statibus Imperii ſubjecti, ſub diſpoſitione* §. und damit ſolcher Fried/ *non continentur. th. 2.*

87. *Nec Civitates maritimæ & Hanſaticæ Pacis Religioſæ ſunt capaces. th. 3.*

88. *An Status Proteſtantes Prælaturas & Bona Eccleſiaſtica; in ditionibus ſuis ſita, & Imperio immediatè ſubjecta, citra qualitatem tamen Status: etiam poſt Pacem Religioſam, ad alios pios uſus convertere potuerint? th. 4.*

89. Status Imperii, qui ſimul feudum ab alio tenet, an in terris feudalibus Religionis libertate fruatur. th. 5.

90. Merum Imperium non tribuit, Religionis libertatem. th. 6.

91. Nobiles, civitates, & communitates Statuum Eccleſiaſticorum; ante Pacem Relig. Auguſtanæ Confesſionis Exercitio uſi, eâdem libertate meritò fruuntur ex Decreto Ferdinandi I. Regis Rom. d. 24. Sept. 1555. th. 7.

62. Decretum illud, quomodo impugnet Franciſcus Burckardi in Autonom. p. 3. c. 34. & ſeqq. & quid reſpondendum; remisſivè, th. 8.

93. Patronus talem Parochum præſentare debet, qui Religioni illius loci, in quo ad Miniſterium Verbi adhibendus, addictus eſt; th. 9.

94. Jus clientelare ſive Protectionis non tribuit Religionis mutandæ libertatem in terris clientelaribus. th. 10.

In Diſputatione XI.

95. Pax Religioſa Carolo V. Imperatori per vim extorta non eſt. th. 1.

96. Eadem nec usq; ad Concilium Tridentinum ſaltem ſancita fuit, th. 2.

97. Non defugerunt Proteſtantes Concilia ob Religionem indicta, Tridentinum autem ultimum juſtis ex cauſis declinârunt. th. 3.

98. Poteſtas indicendi Concilia ad Imperatorem pertinet, th. 4.

99. Non ad Pontificem. th. 5.

100. Vitia & defectus Concilii Tridentum indicto. th. 6.

101. Exceptione loci, & quidem non tuti, rectè recuſare potuerunt Proteſtantes Concilium Tridentinum. th. 7. & 8.

102. Salvus Conductus Proteſtantium Theologis tunc datus, non fuit ſufficiens, th. 9.

103. Poſt Concilium Tridentinum non abrogata eſt Pax Religioſa. th. 10.

In Diſputatione XII. & Ult.

105. Media tuendi Pacem Religioſam adverſus privatum & adverſus Magiſtratum. th. 1.

106. An pro defendendâ Religione bellum ſuſcipi posſit? th. 2.

107. An item ad propagandam? th. 3.

108. Fœdus pro defendenda Religione iniri poteſt. Et quid de confœderatione Belgicorum Statuum Anno 1565. & unione Evangelicorum Anno 1610. dicendum? th. 4.

109. Controverſiis in Negotio Religionis, ejusq; turbatione incidentibus; Judex competens eſt Camera Imperialis. th. 5.

110. An

110. *An & Regimentum Imperatoris Aulicum*, der Käyſerl. Reichs-Hoff Rath? *th. 6.*
111. *Fundata eſt Jdictio Cameræ in primâ & ſecundâ Inſtantiâ. th. 7.*
112. *An opus, ut uterq; litigantium, Imperio immediatè ſubſit? ibid.*
113. *An Clericus in cauſâ Pacis Religioſæ à Jdictione Cameræ ſit exemptus? th. 8.*
114. *De libello, in actione ex cauſâ Pacis Religioſæ: an Locus factæ turbationis inſerendus? An Nomen Pontificiorum* Bäpſtiſch. *An verò Catholicorum nomen uſurpandum. th. 9.*
115. *De officio Judicis circa citationes & Mandata decernenda. th. 10.*

LECTO-

LECTOR BENIVOLE.

CVm in theſibus præcedentibus mentio ſæpius facta fuerit. Transactionis Paſſavienſis, ipſius Pacificationis Religioſæ, de Anno 1555. Variorum Poſtulatorum, Proteſtantium, Imperatoris aut Regis Ferdinandi Reſcriptorum;

Placuit iſta è locis & ſedibus ſuis, huc repetere: ut ex eorum evolutione fides præmiſſis in continenti fieri poſſit. Nec minus documenta alia & præcipua ex Tractatu de Autonomiâ Francisci Burgkardi I.V.D. Conſiliarii & Cancellarii Colonienſis, qui Comitiis Auguſtæ (uti ex ſubſcriptione d. Receſſ. conſtat) tunc interfuit. Tandem quæ de Negotio Religionis aliisq; eandem concernentibus in Pacif. Osnabr. placita ſunt, ad literam ſubjungere volui. Quod ipſum & utile pariter & jucundum Lectori fore confido. B. V.

Paſ-

Digitized by Google

I.

Paſſawiſcher Vertrag.

Wie/ und welcher geſtalt/ der Articul und die Religion/ auch Fried und Recht belangende/ durch die Röm. Kön. Majeſtät. Churfürſtl. Geſandten/ Erſcheinenden Fürſten und der Abweſenden Bottſchafften/ zu Paſſaw allenthalben bedacht und geſtellet worden.

Anno 1552. die 2. Auguſti.

AUff den Artickel der Religion/ auch Fried und Recht/ belangend/ bedenckt die Röm. Kön. Majeſtät/ ſambt den Churfürſtl. Geſandten/ erſcheinenden Fürſten/ vnd der abweſenden Bottſchafften/ daß ein beſtändiger Friedeſtand zwiſchen der Käyſ. und Königlichen Majeſtät den Churfürſten/ Fürſten und Ständen der Teutſchen *Nation* biß zu entlicher vorgleichung der ſpaltigen Religion angeſtelt/ auffgericht und gemacht werde: Dergeſtalt/ daß Käyß. und Königl. Majeſtät/ auch Churfürſten/ Fürſten und Stände des Heiligen Reichs/ keinen Stand der Augſpurgiſchen *Confesſion* verwand/ oder die ſonſt keiner andern öffentlichen verworffenen/ und durch die Reichs Abſchiede verdampten Secten anhängig/ mit der That gewaltiger weiſe/ oder in andere Wege wieder ſeine *Conſcientz* und Willen/ von ſeiner Religion und Glauben dringen/ oder derhalben überziehen/ beſchädigen/ durch *Mandat* oder zu einiger andern geſtalt beſchweren oder verachten/ ſondern bey ſolcher ſeiner Religion und Glauben rühlich und friedlich bleiben laſſen/ und die ſtreitige Religion nicht anders/ denn durch freundliche friedliche Mittel und Wege/ zu einhelligem Chriſtlichen Verſtand und Vergleichung gebracht werden.

Es ſollen auch der jetzigen Kriegsübung Verwandte/ auch ſonſt alle andere Stände/ die andern des Heil. Reichs Stände/ Geiſtlich und Weltlich/ gleicher geſtalt Ihre Religion/ Kirchengebräuch/ Ordnung und *Ceremonien*, auch ihrer Haab/ Gütern/ Landen/ Leuten/ Renthen/ Zinß/ Gülten/ Ober- und Gerechtigkeiten halben unbeſchweret/ und ſie derſelben Friedlich und Rühiglich gebrauchen und genieſſen/ auch mit der That/ oder ſonſt in ungutem gegen denſelbigen nichts fürnehmen/ ſondern in allewege nach laut und außweiſung des Heil. Reichs Rechten/

Digitized by Google

Ordnungen / Abſchied und auffgerichten Landfrieden / jeder ſich gegen dem andern / an gebührenden ordentlichen Rechten benügen laſſen / alles bey vermeidung der Peen in jüngſt erneuerten Landfrieden begrieffen.

Vnd ſolt auch alles das / ſo mehr gemeltem Friedenſtand zu wieder ſeyn / oder verſtanden werden möchte / demſelbigen nichts benehmen / *derogiren*, noch abbrechen / und derhalben von Käyſ. und Königl. May. auch Churfürſten / Fürſten und Ständen / *reſpectivè* gnugſame und notdürfftige Verſicherung / inner- und auſſerhalb des Vertrags / beſchehen: Auch dem Käyſerlichen Cammergericht und Beyſitzern obbemelter Friedeſtand zu erkennen geben / und bey ihren Pflichten befohlen werden / ſich demſelben Friedeſtand gemeß zu halten / und zu erzeigen: Auch ſonderlich die Form der Beyſitzer und anderer Perſonen / und Parthehen aids zu Gott und den Heiligen / oder zu Gott und auff das Heilige Evangelium zu ſchweren / denen ſo ſchweren ſollen / hinfür frey gelaſſen werden.

So viel dann nun anlangt die Spaltung der Religion zu einem gleichmeſſigen Verſtand und Einigkeit wiederumb zu bringen / ermeſſen die Königliche Majeſtät auch der Churfürſten Räthe / die erſcheinenden Fürſten / und der abweſenden Bottſchafften / das die Kayſerl. Mayſt. ſchierſt und innerhalb eines halben Jahrs ungefährlich nach beſchluß und *dato* dies Friedeſtands und Vertrags / einen gemeinen Reichstag halten / und darinnen ſich mit Churfürſten / Fürſten und Ständen des Heiligen Reichs / ferner gnädiglich vergleichen ſollen / ob nachmahls durch den Weg eines *Generals* oder *Nationals Concilij*, oder eines *Colloquij*; oder gemeiner Reichs oder anderer Verſamlung die ſpaltige Religion und Glaubensſachen fürgenommen / verglichen und erörtert werden: Vnd das bey derſelben Vergleichung / wie als denn durch die Kayſ. May. und gemeine Stände / ſo wol der Augſpurgiſchen *Confeſſion* verwand / als des andern theils für nütz und gut bedacht und geſchloſſen wird / männiglich mit Gnaden bleiben ſolle.

Es wird auch bedacht / daß zu vorbereitung ſolcher vergleichnug dienſtlich ſein ſolte / daß bald anfangs ſolches Reichstags ein Ausſchuß von etzlichen ſchiedlichen / Verſtändigen Perſonen beyder Religionen in gleicher anzahl geordnet würde / die Befehlich hetten zu berathſchlagen / welcher maſſen ſolche Vergleichung am füglichſten möcht fürgenommen werden: Doch den Churfürſten ſonſt des Ausſchuß halben an ihrer Hoheit unvergreifflich.

Do n.

Digitized by Google

Præfecti rei tormentariæ itidem tres pariq; annua alternatione. Idem etiam circa curam collectarum annonæ, ædilicii muneris, & ſi quæ alia ſunt officia, quæ tribus committuntur, obtineat: Ita quidem, ut ſi uno anno, duo officia (veluti Quæſtura & cura annonæ vel ædilicii muneris) penes duos Catholicos & unum Auguſtanæ Confesſionis ſint, eodem anno duo alia officia (veluti præfecturæ rei tormentariæ & collectarum) duobus ex Auguſtana Confesſione & uni Catholico committantur; ſequenti autem anno circa hæc officia duobus Catholicis, duo Auguſtanæ Confesſioni addictis, & uni Catholico, unus Auguſtanæ Confesſionis ſurrogetur.

Munera, quæ uni ſoli committi ſolita ſunt, pro qualitate rei vel uno vel pluribus annis inter Catholicos & Auguſtanæ Confesſionis Cives alternentur; eo quidem modo ut de officiis quæ tribus perſonis committuntur, nunc dictum.

Templorum tamen & Scholarum cuiq; parti ſuarum cura integra reſervetur. Ij autem Catholici, qui nunc tempore hujus pacificationis in Magiſtratu & officiis præter numerum ſupra conventum ſuperſunt, priſtino quidem per omnia honore commodoq; fruantur. Veruntamen usq; dum eorum loca vel morte vel abdicatione vacaverint, vel domi ſe contineant, vel ſi ſenatui quandoque intereſſe velint, voto tamen careant.

Neu-

Neutra verò pars ſuæ Religioni adhærentium potentia ad deprimendam alteram abutatur, aut majorem numerum, directè vel indirectè ad dignitates Præſidum, Senatorum, aliorumq́ publicorum munerum aggregare præſumat, ſed quidquid ejus quandocunq́ & quomodocunq́ tentatum fuerit, irritum eſto. Proinde non ſolùm hæc diſpoſitio quotannis, quando de novorum Senatorum aliorumq́ officialium in demortuorum locum ſurrogatione agitur, publicè prælegitor; ſed etiam Præſidis ſeu Duûm-viri Secretiorum reliquorumq́ Senatorum, Præfectorũ, Syndicorum, Judicum, aliorumq́ officialium Catholicorum electio & nunc & poſthac ſit penes ipſos Catholicos, Auguſtanæ verò Confeſſioni addictorum penes eoſdem, & defuncto Catholico alius Catholicus pariterq́ Auguſtanæ Confeſſioni addicto eidem addictus ſurrogetur.

Pluralitas autem votorum in cauſis religionem ſive directè ſive indirectè concernentibus, nequaquam attendatur, neq́ illa Auguſtanæ Confeſſioni addictis Civibus ejus loci magis quàm Aug. Confeſſ. Electoribus, Principibus & Statibus in Imperio Romano præjudicet. Quod ſi Catholici pluralitate votorûm in his vel aliis quibusvis negotiis in præjudicium Aug. Confeſſ. addictorum abutantur, reſervatum his ipſis eſto vigore hujus Tranſactionis ad introducendam alternationem quinti ſenatoris ſecretioris, aliaq́ legitima remedia provocare.

De cætero Pax Religioſa, itemq́ ordinatio Carolina de Electione Magiſtratuum, nec non tranſactiones de annis milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto, & milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo (quatenus huic diſpoſitioni directè vel per indirectum non repugnant) ſalvæ & inviolatæ per omnia maneant.

Deinde Dunckelſpühlæ, Biberaci & Ravenſpurgi duo ſint conſules, Catholicus unus, alter Auguſtanæ Confeſſionis, quatuor ſecretioris conſilii æquali numero utriusq́ Religionis. Eadem etiam æqualitas circa Senatum, Judicium Urbanum, præfecturam ærarii, ut & alia omnia officia dignitates ac munera publica obſervetur. Quoad Præturam Judicii verò, Syndicatum & Secretarios Senatus & Judicii, nec non quoad alia hujusmodi officia, quæ uni tantum perſonæ committuntur, alternatio perpetuò obſervetur. Ita, ut demortuo Catholico ſemper Auguſtanæ Confeſſionis addictus & vice verſa ſuccedat. Quantum ad modum Electionis & votorum pluralitatem, nec non curam Templorum ac Scholarum, itemq́ anniverſariam prælectionem hujus

 diſpo-

Digitized by Google

diſpoſitionis attinet, idem quod de Auguſtana dictum eſt, obſervetur.

Quod ad Civitatem Donavverdam attinet, ſi in proximè venturis Comitiis Univerſalibus in priſtinam libertatem reſtituenda eſſe judicabitur ab Imperii Statibus, eodem gaudeat Jure in Eccleſiaſticis & Politicis, quo cæteræ Imperii liberæ Civitates vigore hujus Tranſactionis gaudent, ſalvis tamen quoad hanc Civitatem eorum, quorum intereſt, juribus.

Terminus autem Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti nullum præjudicium creare debet iis, qui ex capite Amneſtiæ aut aliunde reſtituendi veniunt.

3. Bona Eccleſiaſtica immediata quod attinet, ſive ſint Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ, Abbatiæ, Baliviæ, Præpoſituræ, Commendæ, ſive liberæ fundationes ſeculares, aut aliæ unà cum reditibus, penſionibus aliisq; quocunq; nomine ſignatis ſeu in Urbibus ſeu ruri ſitis, ea ſeu Catholici, ſeu Auguſtanæ Confeſſionis ſtatus die prima Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti poſſederint, omnia & ſingula nullo planè excepto, ejus Religionis Conſortes, qui dicto tempore in reali eorum poſſeſſione fuerunt, usq; dum de Religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum fuerit, tranquillè & imperturbatè poſſideant, neutriq; parti liceat alteri ſeu in Judicio, ſeu extra, negocium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre: Si verò, quod Deus prohibeat, de Religionis diſſidiis amicabiliter conveniri non poſſit, nihilominus hæc conventio perpetua ſit & pax ſemper duratura.

Si igitur Catholicus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, aut Aug. Conf. addictus in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prælatum electus vel poſtulatus, ſolus aut unà cum Capitularibus ſeu ſingulis, ſeu univerſis, aut etiam alii Eccleſiaſtici Religionem impoſterum mutarint, excidant illi ſtatim ſuo jure, honore tamen famaq; illibatis, fructusq; & reditus citra moram & exceptionem cedant, Capituloq; aut cui id de jure competit, integrum ſit aliam Perſonam Religioni ei, ad quam beneficium iſtud vigore hujus Tranſactionis pertinet, addictam, eligere aut poſtulare, relictis tamen Archiepiſcopo, Epiſcopo, Prælato, &c. decedenti fructibus & reditibus interea perceptis & conſumptis. Si ergo Status ſeu Catholici ſeu Auguſtanæ Confeſſioni addicti Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, beneficiis aut præbendis ſuis immediatis à die prima Januarii

anni

Digitized by Google

anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunq; modo turbati fuerint, vigore harum illicò tam in Eccleſiaſticis quàm Politicis, omnibus novationibus abolitis reſtituantur, ita quidem, ut quæcunq; bona Eccleſiaſtica immediata die prima Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti Catholico Præſule regebantur, Catholicum caput recipiant, & viciſſim quæ dicto Anno dieq; Aug. Conf. addicti poſſidebant, retineant etiam in poſterum, remiſſis tamen, quæ una pars contra alteram prætendere poſſet, perceptis interea fructibus, damnis & expenſis.

4. In omnibus Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, & reliquis fundationibus immediatis, Jura eligendi & poſtulandi juxta cujusq; loci conſuetudines & ſtatuta antiqva, illibata maneant, quatenus illa Imperii conſtitutionibus, Transactioni Paſſavienſi, Paci religioſæ & inprimis huic declarationi & transactioni ſunt conformia & intuitu Archiepiſcopatuum & Epiſcopatuum Aug. Confeſſ. addictis permanentium ea nihil in ſe contineant illi Confesſioni adverſum, ſicut etiam pariter in Epiſcopatibus & Eccleſiis, in quibus Catholicis & Aug. Confeſſ. ordinibus mixta jura admittuntur, ſtatutis antiquis nihil de novo admiſceatur, quod Catholicorum vel Aug. Conf. addictorum conſcientiam & cauſam pro cujusq; parte lædere, eorumve Jus imminuere posſit.

Poſtulati verò ſeu electi, in capitulationibus ſuis ſpondeant ſe ſuſceptos Eccleſiaſticos Principatus, dignitates & beneficia neqvaquam hæreditario jure poſſeſſuros, aut id acturos, ut hæreditaria fiant, ſed libera ſit ubiq; Capitulo & quibus id præterea pariter cum Capitulo pro more competit, tum Electio & poſtulatio, quàm ſede vacante adminiſtratio & Jurium Epiſcopalium exercitium: operaq; detur, ne Nobiles Patricii, gradibus Academicis inſigniti, aliæq; perſonæ idoneæ, ubi id fundationibus non adverſatur, excludantur, ſed ut potius in iis conſerventur.

5. Ubi Sacra Cæſarea Majeſtas jus primariarum precum exercuit, exerceat etiam inpoſterum, dummodo decedente Aug. Conf. addicto in ejus Religionis Epiſcopatibus Conf. Auguſtanæ addictus ad normam ſtatutorum & obſervantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis verò ex utraq; religione ſeu Epiſcopatibus, ſeu aliis locis immediatis precibus primariis præſentatus non gaudeat, niſi beneficium vacans Religionis conſors poſſederit.

Si quid Annatarum, Jurium Pallii, confirmationum, Menſium Papalium & hujusmodi jurium & reſervationum nomine in bonis ſtatuum Aug. Confeſsionis Eccleſiaſticis immediatis à quocunq;, quandocunq; aut quomodocunq; prætendatur, id validitate & executione à brachio ſeculari impertienda careat.

In quorum autem Eccleſiaſticorum bonorum immediatorum Capitulis utriusq; Religionis Capitulares & Canonici vigore præfati termini certo utrinq; numero admittuntur, menſesq; Papales id temporis in uſu fuerunt, porrò quoq;, ſi decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant atq; executioni, caſu eveniente, mandentur, modo Papalis proviſio Capitulis immediatè è Curia Romana & tempore legitimo inſinuetur.

6. Electi aut Poſtulati in Archiepiſcopos, Epiſcopos aut Prælatos Aug. Confeſſioni addicti, à Sacra Cæſarea Majeſtate, poſtquam intra annum Electionis aut poſtulationis ſuæ fidem fecerint, & juramenta Regalibus ſueta feudis praſtiterint, absq; ulla exceptione inveſtiantur, ultraque taxa ordinariæ ſummam, inſuper ejusdem dimidium pro infeudatione pendant, iidem aut ſede vacante Capitula, & quibus adminiſtratio cum iis conjunctim competit, ad univerſales æquè, ac particulares deputationum, viſitationum, reviſionum, aliosque conventus Imperiales, literis ſolitis evocentur, & ſuffragii jure fruantur, prout quisque Statuum ante Religionis disſidia eorum Jurium particeps fuit. Quæ verò & qvot perſonæ ad ejusmodi conventus mitti debeant, de eo Præſulibus cum Capitulis & conventualibus ſtatuere liberum eſto.

De titulis Principum Eccleſiaſticorum ex Auguſtana Confesſione ita convenit, ut absq; tamen præjudicio ſtatus & dignitatis titulis Electorum aut Poſtulatorum in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Abbatem, Præpoſitum inſigniantur, Sesſionem autem in Scamno inter Eccleſiaſticos & ſeculares intermedio & transverſo capiant, quibus à latere aſſideant in conventu omnium trium Imperii Collegiorum Director Cancellariæ Moguntinenſis nomine Domini Archiepiſcopi actorum Comitialium generali directione fungens, & poſt ipſum Directores Collegii Principum: Idemque obſervetur in Senatu Principum collegialiter congregato, à ſolis iſtius Collegii actorum Directoribus.

7. Quot Capitulares aut Canonici die prima Januarii Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti uſpiam vel Auguſt. Confesſionis vel

Catho-

Catholici fuerunt, totidem illic ex utraq; religione erunt ſemper, nec decedentibus niſi ejusdem Religionis Conſortes ſurrogentur. Si verò alicubi jam plures Catholici vel Auguſtanæ Confeſſionis Capitulares aut Canonici beneficia poſsident, quàm anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, ij quidem ſupernumerarii beneficia & præbendas ad vitam retineant, mortuis verò, tamdiu Catholicis Auguſtanæ Confeſſioni addicti, & his Catholici ſuccedant, donec redintegratus fuerit utriusq; Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui die prima Januarij anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto erat. Exercitium verò Religionis in mixtis Epiſcopatibus ita reſtituatur & permaneat, ubi & quatenus id anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto palàm receptum permiſſumque fuit, neq; ſupradictis omnibus vel eligendo vel præſentando aliterve detrimenti quicquam creetur.

8. *Qui Archiepiſcopatus, Epiſcopatus & aliæ fundationes atq; bona Eccleſiaſtica immediata vel mediata in ſatisfactionem Regiæ Majeſtatis, Regniq; Sueciæ aut æquivalentem recompenſationem, indemnitatemq; ſuorum fœderatorum, amicorum & Intereſſatorum conceſſerunt, peculiaribus ſuis conventibus infra contentis, per omnia relinquantur. In omnibus verò iis, quæ ibi non continentur, & inter hæc quoad §. Jus Diœceſanum 16. infra poſitum, conſtitutionibus Imperii & huic Transactioni ſubjecta manento.*

9. *Quæcunq; Monaſteria, Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, fundationes, ſcholas, hoſpitalia, aliavè bona Eccleſiaſtica mediata, ut & eorum reditus, Juraq; quocunque ea nomine appellata fuerint Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes, Status, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die prima Januarii, poſſederunt, eadem omnia & ſingula ſive retenta ſemper, ſive reſtituta; ſive vigore hujus transactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec controverſiæ Religionis amicabili partium compoſitione univerſali definiantur, non attentis exceptionibus ſive ante, ſive poſt transactionem Paſſavienſem aut Pacem Religioſam reformata & occupata, aut quod non de vel in territorio Auguſtanæ Confeſſionis Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus jure Suffraganeatus, Diaconatus, aliavè quavis ratione obligata fuiſſe ducuntur, unicum ſolumq; hujus transactionis, reſtitutionis, obſervantiæq; futuræ fundamentum ſit die prima Januarii Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto habita poſſeſſio, irritis prorſus exceptionibus*

quæ

quæ ex introducto alicubi locorum exercitio interimiſtico vel anterioribus aut ſecutis pactis generalibus, aut ſpecialibus tranſactionibus vel litibus motis, cauſisve deciſis, vel etiam decretis, mandatis, reſcriptis, paritoriis, reverſalibus, litiſpendentiis vel aliis quibuscunq; prætextibus & rationibus deſumi poſſent. Ubi igitur ſupradictorum omnium bonorum, eorūdem pertinentium, fructuumve Auguſtanæ Confeſſionis Statibus aliquid quovis modo aut prætextu ſive judicialiter ſive extrajudicialiter à dicto tēpore interverſum aut ademptum eſt, omninò absq; mora, & indiſtinctè (interq; illa ſpecialiter etiam Monaſteria, Fundationes atque bona Eccleſiaſtica omnia & ſingula à Principe VVurtenbergico, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto poſſeſſa) cum ſuis pertinentiis, reditibus & acceſſionibus ubicunq; ſitis, unà cum amotis documentis in priorem ſtatum reſtituantur. Nec Auguſtanæ Confeſſioni addicti poſthac in habita vel recuperata poſſeſſione ullo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione juris & facti perpetuò tuti ſint, donec controverſiæ Religionis compoſitæ fuerint.

Omnia quoque Monaſteria, fundationes & ſodalitia mediata, quæ die prima Januarij, Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto Catholici realiter poſſederunt, poſſideant & ipſi ſimiliter, ut ut in Auguſtanæ Confeſſionis Statuum territoriis & ditionibus ea ſita ſint, non tamen in alios religioſorum ordines, quàm quorum regulis primitùs dicata ſunt, commutentur: niſi talium religioſorum ordo planè interciderit. Tunc enim Magiſtratui Catholicorum liberum eſto, ex alio in Germania ante diſſidia Religionis exorto, uſitato ordine novos Religioſos ſubſtituere. In quibuſcunq; verò fundationibus, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis, hoſpitalibus ejusmodi mediatis Catholici & Auguſtanæ Confeſſioni addicti promiſcuè vixerunt, vivant etiam poſthac promiſcuè numero prorſus eodem, qui die prima Januarii anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto ibidem repertus fuit, publicum etiam Religionis exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto Anno dieq; uſitatum fuit absq; unius vel alterius partis impedimento. In quibuscunq; etiam fundationibus mediatis anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die prima Januarii Sacra Cæſarea Majeſtas primarias preces exercuit, exerceat eas & in poſterum, ad modum circa bona immediata ſuperiùs explicatum. Idem planè hic obſervetur de menſibus Papalibus, quod ſupra de iis §. Quintò diſpoſitum eſt. Conſentiunt etiam Archiepiſcopi, & quibus aliis id juris competit, beneficio menſium extraordinariorum; Quod ſi quoq; Auguſtanæ Confeſſioni addicti in ejus-

Digitized by Google

juſmodi bonis Eccleſiaſticis mediatis dicto anno dieq; à Catholicis realiter, plenè vel ex parte poſſeſsis jura præſentandi, viſitandi, inſpectionis, confirmandi, corrigendi, protectionis, aperturæ, hoſpitationis, ſervitiorum, operarum, habuerunt: Item Parochos, Præpoſitos ibi aluerunt, jura iſta illis ſarta tectaq; maneant. Et ſi Electiones debito tempore, modovè non fiant præbendarum vacantium diſtributio & collatio in ejusdem religionis perſonas, cujus decedens fuit, ex jure devoluto ad eoſdem pertineat, modò per hoc in iſtiusmodi bonis Eccleſiaſticis mediatis inſtituto Catholicæ Religionis nihil præjudicetur, & Magiſtratui Catholicorum Eccleſiaſtico ſua jura ex inſtituto ordinis in ipſos religioſos competentia, ſalva & illibata ſint. Quibus etiamſi Electiones aut collationes præbendarum vacantium debito tempore factæ non fuerint, Jus devolutum ſalvum eſto. Quod ad Oppignorationes Imperiales attinet, cum in capitulatione Cæſarea diſpoſitum reperiatur, quod Electus Romanorum Imperator, Electoribus, Principibus cæteriſq; Statibus immediatis Imperii, ejuſmodi oppignorationes confirmare atq; illos in earundem tranquilla & quieta poſſeſſione defendere ac manutenere debeat, Conventum eſt, hanc diſpoſitionem, donec conſenſu Electorum, Principum & Statuum aliter ſtatutum fuerit, obſervandam eſſe, atq; propterea Civitati Lindavv, nec non VVeiſſenburgo in Noricis reddita ſorte oppignorationes Imperiales ipſis ademptas illico & plenariè reſtituendas.

Quæ verò bona Status Imperii ſibi invicem pignoris jure ante hominis memoriam obligaverunt, in iis reluitioni aliter locus non detur, niſi poſſeſſorum exceptiones & merita cauſarum ſufficienter examinentur. Quod ſi bona ejuſmodi durante hoc bello vel abſq; prævia cauſæ cognitione, vel non ſoluta ſorte ab aliquo occupata fuerint, unà cum documentis ſtatim plenariè prioribus poſſeſſoribus reddantur, & ſi ſententia reluitioni locum concedat, inque rem judicatam tranſierit, atque ſorte numerata reſtitutio ſubſecuta fuerit, Domino quidem directo liberum eſſe debet, in hujuſmodi terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ Religionis exercitium publicè introducere, incolæ tamen & ſubditi migrare, aut ſuam, quam ſub priori poſſeſſore hujuſmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deſerere non cogantur, de publico verò ſuæ Religionis exercitio inter ipſos & reluentem Dominum directum tranſigatur.

10. Libera & immediata Imperii Nobilitas, omniaque & ſingula

ejus membra unà cum ſubditis & bonis ſuis feudalibus & allodialibus, niſi fortè in quibusdam locis ratione bonorum & reſpectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur ſubjecti, vigore pacis religioſæ & præſentis conventionis in juribus religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus, idem jus habeant, quod ſupradictis Electoribus, Principibus & Statibus competit, nec in iis ſub quocunque prætextu impediantur aut turbentur. Turbati verò omnes omnino in integrum reſtituantur,

11. Liberæ Imperii Civitates prout omnes atque ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis & præſenti ejusdem declaratione, ſed & alias ubique indubitatè continentur, ita & ex illarum numero eæ, in quibus unica tantum Religio anno milleſimo, ſexcenteſimo vigeſimo quarto in uſu fuit, tàm ratione juris reformandi, quàm aliorum caſuum Religionem concernentium in territoriis ſuis & reſpectu ſubditorum non minus ac intra muros & ſuburbia idem cum reliquis Statibus Imperii ſuperioribus jus habeant, adeoque de iſtis generaliter diſpoſita & conventa, de his quoque dicta & intellecta ſunto, non attento quod in iis Civitatibus in quibus præter Auguſtanæ Confeſſionis exercitium nullum aliud à Magiſtratu & Civibus juxta morem & ſtatuta cujusq; loci, anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto introductum fuit, aliqui Catholicæ Religioni addicti cives commorentur, vel etiam in aliquibus Capitulis, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis & Cœnobiis ibidem ſitis, immediatè vel mediatè Imperio ſubjectis, in quo eo Statu; qui fuit die prima Januarii Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, deinceps quoque cum Clero intra prædictum terminum non introducto & Civibus Catholicis pro tempore ibi exiſtentibus, tam activè, quàm paſſivè omnino relinquendis, Catholicæ Religionis exercitium vigeat. Ante omnia verò illæ Civitates Imperiales, quæ ſive ani, ſive utriq; Religioni addictæ (& inter has poſteriores cum primis Auguſta Vindelicorum, itemq; Dunckelſpühla, Biberacum, Ravenſpurgum & Kauffbeura) ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto propter Religionem, vel bona Eccleſiaſtica ante, vel poſt Tranſactionem Paſſavienſem, inſecutam Pacem Religioſam occupata & reformata vel alias intuitu Religionis in Politicis quocunq; modo ſive extra, ſive judicialiter aggravata ſunt, in eũ ſtatũ, in quo Kalẽdis Januarii prædicti anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti tàm in ſacris, quàm in profanis fue-

runt

runt non minus ac reliqui Status Imperii ſuperiores pleniſſimè reponãtur, inque eo, abſque ulteriore turbatione, perinde atque illa, quæ tum temporis adhuc poſſederunt, aut interea poſſeſſionem recuperarunt, uſq; ad amicabilem Religionum compoſitionem, conſerventur. Neutrique partium alteram de Religionis ſuæ exercitio, Eccleſiæ ritibus & cæremoniis deturbare fas ſit, ſed cives pacificè & comiter invicem cohabitent; liberumq; Religionis ſuæ & bonorum uſum, ultrò citroq; habeant, caſſatis rerum judicatarum & transactarum, litispendentiarum, aliisq; § 5. 2. & 9: enumeratis exceptionibus: Salvis tamen iis, quæ Politicorum ratione de Auguſta Vindelicorum, Dunckelſpühla, Biberaco & Ravenſpurgo dicto § . 2. diſpoſita ſunt.

12. Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vaſallos, Civitates, Fundationes, Monaſteria, Commendas, Communitates & ſubditos Statibus Imperii immediatis ſive Eccleſiaſticis ſive ſecularibus ſubjectos pertinet; Cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure Territorii & ſuperioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi, etiam jus reformandi Exercitium Religionis competat, ac dudum in Pace Religionis talium Statuum ſubditis, ſi à Religione Domini territorii diſſentiant, beneficium emigrandi conceſſum, inſuper majoris concordiæ inter Status conſervandæ causâ, cautum fuerit, quod nemo alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere, eâve cauſa in defenſionẽ aut protectionem ſuſcipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat, Conventum eſt, hoc idem porrò quoque ab utrisq; Religionis Statibus obſervari, nullique ſtatui immediato jus, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere.

Hoc tamen non obſtante, Satuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli & Subditi cujuscunq; generis, qui ſive publicum ſive privatum Auguſtanæ Confeſſionis Exercitium Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto quacunque anni parte, ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id etiã in poſterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt, Cujusmodi annexa habentur inſtitutio Conſiſtoriorum, Miniſteriorum, tam Scholaſticorum quàm Eccleſiaſticorum, Jus patronatus aliaque ſimilia jura, nec minus maneant in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, monaſteriorum hoſpitalium cum omnibus perti-

 nentiis,

Digitized by Google

nentiis, reditibus & acceſſionibus. Et hæc omnia ſemper & ubique obſerventur eousque donec de Religione Chriſtiana vel univerſaliter, vel inter Status immediatos, eorumque ſubditos mutuo conſenſu aliter erit conventum, nec quisquam à quocunque ulla ratione aut via turbetur.

Turbati aut quocunque modo deſtituti verò, ſine ulla exceptione in eum, quo Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto fuerunt Statum, plenariè reſtituantur. Idemque obſervetur ratione ſubditorum Catholicorum Auguſtanæ Confeſſionis Statuum, ubi dicto anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, uſum & exercitium Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.

Pacta autem, Tranſactiones, Conventiones aut Conceſſiones, quæ inter tales immediatos Imperii Status, eorumq; Status provinciales & ſubditos ſupradictos de publico vel etiam privato exercitio Religionis introducendo, permittendo & conſervando antehac interceſſerunt, initæ & factæ ſunt, eatenus ratæ & firmæ manento, quatenus obſervantiæ dicti anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti nõ adverſantur, nec ab iisdẽ niſi mutuo conſenſu recedere liceat, nõ attentis, ſed annihilatis omnibus anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti obſervantiæ, utpote quæ inſtar regulæ obtineat contrariis latis ſententiis, reverſalibus, pactis, quibuscunq; Tranſactionibus. Et inter illa quæ Epiſcopus Hildeſienſis & Duces Brunſvico-Luneburgenſes de Religione ejusq; Exercitio Statuum & Subditorum Epiſcopatus Hildeſienſis nonnullis pactis Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo tertio tranſegerunt. Excipiantur verò à dicto termino, & Catholicis reſerventur novem Monaſteria in Epiſcopatu Hildeſienſi ſita, quibus Duces Brunſvicenſes certis conditionibus eodem Anno ceſſerunt.

Placuit porrò ut illi Catholicorum ſubditi Auguſtanæ Confeſſioni addicti, ut & Catholici Auguſtanæ Confeſſionis Statuum ſubditi, qui Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto publicum vel etiam privatum Religionis ſuæ Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non qui poſt pacem publicatam, deinceps futuro tempore diverſam à Territorii Domino Religionem profitebuntur, & amplectentur, patienter tolerentur, & conſcientia liberâ domi devotioni ſuæ, ſine inquiſitione aut turbatione privatim vacare, in vicinia verò ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris ſuæ Religionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus inſtruendos committere

non

non prohibeantur, ſed ejuſmodi Landſaſſij, Vaſalli & Subditi in cæteris officium ſuum cum debito obſequio & ſubjectione adimpleant, nullisq; turbationibus anſam præbeant.

Sive autem Catholici, ſive Auguſtanæ Confeſſionis fuerint ſubditi, nullibi ob Religionem deſpicatui habeantur, nec à mercatorum, opificũ, aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleemoſynis, aliisve juribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis, honorevè ſepulturæ arceantur, aut quicquam pro exhibitione funeris à ſuperſtitibus exigatur, præter cujusq; Parochialis Eccleſiæ Jura, pro demortuis pendi ſolita, ſed in his & ſimilibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali juſtitia protectioneque tuti.

Quòd ſi verò ſubditus, qui nec publicum nec privatum ſuæ Religionis Exercitium Anno milleſimo ſexconteſimo vigeſimo quarto habuit, vel etiam, qui poſt publicatam Pacem Religionem mutabit, ſua ſponte emigrare voluerit, aut à Territorii Domino juſſus fuerit, liberum ei ſit, aut retentis bonis aut alienatis diſcedere, retenta per miniſtros adminiſtrare, & quoties ratio id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas vel perſequendas lites aut debita exigenda, liberè & ſine literis commeatus adire.

Conventum autem eſt, ut à Territoriorum Dominis, illis ſubditis qui neque publicum, neque privatum Exercitium Religionis ſuæ dicto anno habuerunt, & tamen tempore publicatæ præſentis pacificationis, in unius vel alterius Religionis Statuum immediatorum ditionibus habitare deprehenduntur, quibus illi etiam annumerandi erunt, qui ob calamitates bellicas evitandas, non tamen animo transferendi domicilium, emigrarunt, & factâ Pace, in Patriam redire volunt, terminus non minor quinquennio, illis verò qui poſt pacem publicatam Religionẽ mutant, non minor triennio, niſi tempus magis laxum & ſpatioſum impetrare potuerint, ad emigrandum præfigatur: neque ſive voluntariè ſive coactè emigrantibus nativitatis, ingenuitatis, manumiſſionis, noti opificii, honeſtæ vitæ teſtimonia denegentur, aut iidem reverſalibus inuſitatis vel decimationibus ſubſtantiæ ſecum exportatæ, plus æquo extenſis prægraventur, multo minus ſpontaneam ſuſcipientibus emigrationẽ ſervitutis aut ullo alio prætextu impedimentum inferatur.

13. Sileſii etiam Principes Auguſtanæ Confeſſioni addicti, Duces ſcilicet in Brieg, Lignitz, Münſterberg & Oels, itemque civitas Vratiſlavien-

Digitized by Google

laviensis, in libero ſuorum ante bellum obtentorum jurium & privilegiorum, nec non Auguſtanæ Confesſionis exercitio ex gratia Cæſarea & Regia ipſis conceſſo manutenebuntur.

Quod verò ad Comites, Barones, Nobiles, eorumque ſubditos in reliquis Sileſiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam ſpectant, tum etiam de præſenti in Auſtria inferiori degentes Comites, Barones, & Nobiles attinet, quamvis Cæſareæ Majeſtati jus reformandi Exercitium Religionis non minus, quàm aliis Regibus & Principibus competat, tamen non quidem ex pacto juxta diſpoſitionem præcedentis verſiculi: Pacta autem, &c. ſed ad interventionem Regiæ Majeſtatis Sueciæ, & in gratiam intercedentium Auguſtanæ Confesſionis Statuum, permittit, ut ejusmodi Comites, Barones, & Nobiles, illorumque in prædictis Sileſiæ Ducatibus ſubditi, ob profesſionem Auguſtanæ Confesſionis loco aut bonis cedere aut emigrare non teneantur, nec etiam prohibeantur dictæ Confesſionis Exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare modò in reliquis tranquillè & pacificè vivant ſeque tales præſtent, quales erga ſuum ſummum Principem decet. Si verò ſua ſponte emigrarint & bona ſua immobilia vendere vel nolint, vel commodè non posſint, liber iis aditus rerum ſuarum inſpiciendarum & curandarum cauſa conceſſus eſto.

Præter hæc autem, quæ ſuprà de dictis Sileſiæ Ducatibus, qui immediatè ad Cameram Regiam ſpectant, diſpoſita ſunt, Sacra Cæſarea Majeſtas ulterius pollicetur, ſe illis, qui in his Ducatibus Auguſtanæ Confesſionis addicti ſunt, pro hujus Confesſionis Exercitio tres Eccleſias propriis eorum ſumptibus extra civitates Svveinitz, Jaur & Glogaviam propè mœnia locis ad hoc commodis, juſſu ſuæ Majeſtatis deſignandis, poſt pacem confectam ædificandas, quam primum id poſtulaverint, conceſſuram.

Et cum de majore Religionis libertate & exercitio in ſupra dictis & reliquis Cæſareæ Majeſtatis & Domus Auſtriacæ Regnis & Provinciis concedendo in præſenti Tractatu variè actum ſit, nec tamen ob Cæſareanorum Plenipotentiariorum contradictiones conveniri potuerit, Regia Majeſtas Sueciæ & Auguſtanæ Confesſionis ordines facultatem ſibi reſervant, eo nomine in proximis Comitiis aut alias apud ſuam Cæſaream Majeſtatem pace tamen ſemper permanente & excluſa omni violentia

& ho-

Digitized by Google

& hoſtilitate alterius reſpectivè amicè interveniendi & demiſſè intercedendi.

14. *A ſola qualitate feudali vel ſubfeudali, ſive à Regno Bohemiæ, ſive ab Electoribus, Principibus & Statibus Imperii, ſive aliunde procedant, jus reformandi non dependeat, ſed feuda iſta & ſubfeuda, nec non vaſalli, ſubditi & bona Eccleſiaſtica in cauſis Religionis & quicquid juris Dominus feudi prætendat, introduxerit, aut ſibi arrogarit, ex Statu anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti, die prima Januarii perpetuò cenſeantur, quæ vel judicialiter vel extrajudicialiter innovata fuerint, tollantur, & in priſtinum Statum reſtituantur.*

Territorii jure vel ante vel poſt terminum anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti controverſo, donec ſuper poſſeſſorio & petitorio cognoſcatur & decidatur, & poſſeſſori præfati anni idem jus eſto, quantum equidem ad publicum exercitium attinet. Subditi verò propter mutatam interim Religionem pendente territorii controverſiâ migrare non cogantur. In iis locis ubi Catholici & Auguſt. Confeſſ. Status ex æquo jure ſuperioritatis fruuntur, tam ratione publici exercitii, quàm aliarum rerum Religionem concernentium idem Status maneat, qui fuit anno dieque ſupradictis.

Sola criminalis jurisdictio, Centgericht / *ſolumque jus gladii & retentionis, patronatus, filialitatis neque conjunctim neque diviſim jus reformandi tribuunt. Quæ itaque hoc colore reformationes hucusq; irrepſerunt, pactisve introduſa ſunt, caſſantor, gravati reſtituantor, & in poſterum ab ejusmodi penitus abſtinetor.*

15. *Ratione redituum cujuscunque generis ad bona Eccleſiaſtica eorumque poſſeſſores pertinentium ante omnia obſervetur id, quod in Pace Religionis* §. Dagegen ſollen die Stände der Augſp. *Confeſſ. &c.* §. Alsdann auch den Ständen der Alten/ *Religion, &c. diſpoſitum invenitur.*

Illi verò reditus, cenſus, decimæ, penſiones, quæ vigore jam dictæ Pacis Religionis Statibus Auguſtanæ Confesſionis ob immediatas vel mediatas fundationes Eccleſiaſticas ante vel poſt pacem religioſam acquiſitas è Catholicorum provinciis debentur, quorumque in poſſeſſione vel quaſi percipiendi anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die prima Januarii fuerunt, absq; ulla exceptione ſolvantur. Si alicubi

etiam

etiam Auguſtanæ Confeſſionis Status quædam protectionis, Advocatiæ, aperturæ, hoſpitationis, operarum aut alia jura in Catholicorum Eccleſiaſticorum ditionibus & bonis ſive intra, ſive extra territorium ſitis, legitimo uſu aut conceſſione habuerunt, quemadmodum etiam Catholici Status, ſi quid ejuſmodi ipſis circa bona Eccleſiaſtica Auguſtanæ Confeſſionis Statibus acquiſita competit, omnes ex æquo jura ſua priſtina retineant, ita tamen ut ne per uſum ejuſmodi jurium bonorum Eccleſiaſticorum reditus nimium prægraventur & exhauriantur.

Reditus etiam, nec non decimæ, Canones & penſiones Auguſtanæ Confeſſionis Statibus, fundationibus jam deſtructis & collapſis ex alienis territoriis debitæ, iis exſolvantur, qui anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto, die prima Januarii in poſſeſſione perceptionis vel quaſi fuerũt, quæ verò ab anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto deſtructa fuerunt, aut in futurum concident, earum penſiones etiam in alienis territoriis Domino deſtructi Monaſterii ſeu loci, in quo id ſitum fuit, exſolvantur. Quæ itidem fundationes die prima Januarii anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti in poſſeſſione vel quaſi Juris decimandi è bonis novalibus in alieno Territorio fuerunt, ſint etiam inpoſterum, nihil autem novi juris quæratur. Inter cæteros Status Imperii & ſubditos id juris eſto, quod jus commune vel cujusque loci conſuetudo & obſervantia de Decimis ex bonis novalibus conſtituunt, aut per pactiones voluntarias conventum eſt.

16. Jus Diœceſanum & tota Jurisdictio Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes Status (comprehenſa libera Imperii Nobilitate,) eorumque ſubditos tàm inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos, quàm inter ipſos ſolos Auguſtanæ Confeſſionis Status usq; ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſto, & intra terminos Territorii cujusq; jus Diœceſanũ & jurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineat. Ad conſequendos tamen reditus, cenſus, decimas & penſiones in iis Auguſtanæ Confeſſionis Statuum ditionibus, ubi Catholici anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto notoriè in poſſeſſione vel quaſi exercitii jurisdictionis Eccleſiaſticæ fuerunt, utantur eadem poſthac quoq;, ſed non, niſi in exigendis hiſce penſionibus, nec procedatur ad excommunicationem niſi poſt tertiam demum denunciationem. Catholicorum Auguſtanæ Confeſſionis addicti Status provinciales & ſubditi, qui anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto Eccleſiaſticam juridi-

juriſdictionem agnoverunt, in iis caſibus modò dictæ juriſdictioni ſubſint, qui Auguſtanam Confesſionem nullatenus concernunt, modo ipſis occaſione proceſſus nihil injungatur Auguſtanæ Confesſioni vel conſcientiæ repugnans. Eodem etiam jure Auguſtanæ Confesſionis Magiſtratuum Catholici ſubditi cenſeantur, inque hos qui Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quarto publicum Religionis Catholicæ exercitium habuerunt. Jus Diœceſanum quatenus Epiſcopi, illud dicto Anno quietè in eos exercuerunt, ſalvum eſto.

In quibus Civitatibus verò Imperii mixtæ Religionis exercitium in uſu eſt, Catholicis Epiſcopis contra Cives Auguſtanæ Confesſionis nulla ſit juriſdictio, at Catholici juxta obſervantiam dicti Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quarti ſuo jure experiantur.

17. Utriusq; Religionis Magiſtratus ſeverè & rigoroſe prohibeat, ne quisquam publicè privatimve concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Tranſactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc inprimis ſive declarationem ſive Tranſactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum, publicatumve fuerit, irritum eſto: ſed ſi dubii quid hinc aut aliunde incidat, aut ex cauſis Pacem Religioſam aut hanc Tranſactionem tangentibus reſultet, de eo in Comitiis vel aliis Imperii Conventibus inter utriusq; Religionis Proceres non niſi amicabili ratione tranſigatur.

18. In Conventibus Deputatorum Imperii Ordinariis, numerus ex utriusq; Religionis Proceribus æquetur. De Perſonis autem vel Statibus Imperij adjungendis in Comitiis proximis ſtatuatur; in horum Conventibus itemq; Comitiis univerſalibus, ſive ex uno, ſive duobus aut tribus Imperij Collegiis quacunque occaſione aut ad quæcunq; negotia deputandi veniant, æquetur Deputatorum numerus ex utriusq; Religionis Proceribus. Ubi extraordinariis Commisſionibus negotia in Imperio expedienda occurrunt, ſi res inter Auguſtanæ Confesſionis Status verſatur, ſoli eidem Religioni addicti deputentur, ſi inter Catholicos, ſoli Catholici, ſi inter Catholicos & Auguſtanæ Confesſionis Status, utriusq; Religionis pari numero Commiſſarii denominentur & ordinentur. Placuit etiam ut Commiſſarii quidem res à ſe geſtas referant, & vota ſubjungant, inſtar tamen ſententiæ nihil definiant.

N n *19. In*

Digitized by Google

19. *In Cauſis Religionis omnibusq; aliis negotiis, ubi Status tanquam unum Corpus conſiderari nequeunt, ut etiam Catholicis & Auguſtanæ Confeſsionis Statibus in duas partes euntibus, ſola amicabilis compoſitio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate. Quod verò ad pluralitatem votorum in materia collectarum attinet, cum res hæc in præſenti congreſſu decidi non potuerit, ad proximæ Comitia remiſſa eſto.*

Ex Cap. VII.

UNanimi quoq; Cæſareæ Majeſtatis omniumq; Ordinum Imperii conſenſu, placuit, ut quicquid juris aut beneficii, cùm omnes aliæ Conſtitutiones Imperii, tùm Pax Religionis & publica hæc Tranſactio, in eaq; deciſio Gravaminum cæteris Catholicis, & Auguſtanæ Confeſsioni addictis Statibus & ſubditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat. Salvis tamen ſemper Statuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis pactis, privilegiis, reverſalibus & diſpoſitionibus aliis, quibus de Religione ejusque exercitio & inde dependentibus, cujusque loci Statibus & ſubditis hucusq; proviſum eſt, ſalva itidem cujusq; conſcientiæ libertate. Quoniam verò controverſiæ Religionis quæ inter modò dictos Proteſtantes vertuntur, hactenus non fuerunt compoſitæ, ſed ulteriori compoſitioni reſervatæ ſunt, adeoq; illi duas partes conſtituant, ideo de jure reformandi inter utramq; ita cōventum eſt, ut ſi aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus, vel alicujus Eccleſiæ Patronus poſthac ad alterius partis ſacra tranſierit, aut Principatum, aut ditionem, ubi alterius partis ſacra exercitio publico de præſenti vigent, ſeu jure ſucceſsionis, ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipſi quidē Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis citra ſubditorum onus aut præjudicium, ſecum atq; in Reſidentia ſua habere liceat, at fas ei non ſit vel publicum Religionis Exercitium, leges aut conſtitutiones Eccleſiaſticas, hactenus ibi receptas, immutare, vel templa, ſcholas, hoſpitalia aut eò pertinentes reditus, penſiones, ſtipendia, prioribus adimere, ſuorumq; ſacrorum hominibus applicare, vel juris territorialis, Epiſcopalis, Patronatus, aliove quocunq; prætextu ſubditis Miniſtros alterius Confeſſionis obtrudere ullúmve aliud impedimentum aut præjudicium directè

vel

Digitized by Google

vel indirectè alterius ſacris afferre: Et ut hæc conventio eò firmiùs obſervetur, liceat hoc mutationis caſu ipſis communitatibus præſentare, vel quæ præſentandi jus non habent, nominare idoneos Scholarum & Eccleſiarum Miniſtros à publico loci conſiſtorio & Miniſterio, ſi ejusdem cum præſentantibus vel nominantibus Communitatibus ſunt religionis, vel hoc deficiente, eo loco, quem ipſæ communitates elegerint, examinãdos & ordinandos, atq; à Principe vel Domino poſtea ſine recuſatione confirmandos.

Si verò aliqua communitas eveniente mutationis caſu Domini ſui Religionem amplexa petierit ſuo ſumptu exercitiũ, cui Princeps vel Dominus addictus eſt, liberum eſto ſine reliquorum præjudicio, ei illud indulgere à ſucceſſoribus non auferendum. At Conſiſtoriales Sacrorum Viſitatores, Profeſſores Scholarum & Academiarum, Theologiæ & Philoſophiæ non niſi eidem Religioni addicti ſint, quæ hoc tempore quolibet in loco publicè recepta eſt. Sicut autem ſuprà dicta omnia de mutationibus futuris intelligenda ſunt, ita Iuribus Principum Anhaltinorum & ſimilium, quæ ipſis competunt, nullum adferant præjudicium. Sed præter Religiones ſuprà nominatas nulla alia in ſacro Imperio Romano recipiatur vel toleretur.

Ex Cap. XVII.

PAcem hoc modo concluſam promittunt Cæſarei & Regii, Ordinumque Imperii Legati & Plenipotentarii, reſpectivè ab Imperatore & Regina Sueciæ, Sacriq; Imperii Romani Electoribus, Principibus & Statibus, ad formam hic mutuò placitam ratihabitum iri, ſeſeque infallibiliter præſtituros, ut ſolennia ratihabitionum inſtrumenta intra ſpacium octo ſeptimanarum à die ſubſcriptionis computandarum, hic Oſnabrugis præſententur & reciprocè riteque commutentur.

Pro majori etiam horum omnium & ſingulorum pactorum firmitudine & ſecuritate, ſit hæc Transactio perpetua lex & pragmatica Imperii ſanctio, inpoſterum æquè ac aliæ leges & Conſtitutiones fundamentales Imperii nominatim proximo Imperii Receſſui ipſiq; Capitulationi Cæſareæ inſerenda, obligans non minus abſentes, quàm præſentes, Eccleſiaſticos æquè ac Politicos, ſive Status Imperii ſint, ſive non, eaq; tam Cæſareis, Pro-

cerum-

cæterisq; Conſiliariis & Officialibus, quàm tribunalium omnium Judicibus & aſſeſſoribus tanquam Regula, quam perpetuò ſequantur, præſcripta.

Contra hanc Tranſactionem, ullamve ejus articulum aut clauſulam, nulla jura Canonica vel civilia, communia vel ſpecialia Conciliorum decreta, privilegia, indulta, edicta, commiſſiones, inhibitiones, mandata, decreta, reſcripta, litispendentiæ, quocunque tempore latæ ſententiæ, res judicatæ, capitulationes Cæſareæ & aliæ, Religioſorum ordinum regulæ aut exemptiones, ſive præteriti ſive futuri temporis proteſtationes, contradictiones, appellationes, inveſtituræ, transactiones, juramenta, renunciationes, pacta ſeu dedititia ſeu alia, multò minus edictũ Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi noni, vel Transactio Pragenſis, cum ſuis appendicibus aut concordata cum Pontificibus, aut interimiſtica Anni milleſimi quingenteſimi quadrageſimi octavi, ullave alia ſtatuta ſive Politica ſive Eccleſiaſtica, decreta, diſpenſationes, abſolutiones vel ullæ alia quocunq; nomine aut prætextu excogitari poterint, exceptiones, unquam allegentur, audiantur aut admittantur, nec uſpiam contra hanc transactionem in petitorio aut poſſeſſorio ſeu inhibitorii ſeu alii Proceſſus vel commiſſiones unquam decernantur.

F I N I S.